SCRIPTA QVÆDAM

CLARISSIMI IVRECONSVLTI DO. MELCHIORIS SCARAVELLI

Senatorij uiri, in cauſa Montiſcuchi, Tam coràm Regijs quàm Mantuanis Senatoribus exhibita: Cum Aphoriſmis in Materia Imperij, Iuriſdictionum, & Magiſtratuum Antiquorum, à Ioanne Franciſco Scarauello eius Nepote collecta & in lucem edita.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

TAVRINI IMPRESSVM, PER MARTINVM CRAVOTVM.

M. D. LX.

IOAN. FRANCISCVS
SCARAVELLVS
LECTORI.

MAGNIFICVS *Senator Patruus meus Do. Melchior Scarauellus dicere, ſolebat ſe doloris aſperitate partum Vrſæ edidiſſe: quem mihi tranſcribendum mandauerat. Cui libentiſſime obſecutus forem, niſi Græcarum literarum ſtudia intercidere me ea cura coëgiſſet. Qua ratione id oneris in Typographum reieci non ſine iuſta repræhenſione, quód non exiſtimarem ea, quæ ſcripſiſſem, uti rudi dolabra formata, ultimam autoris manum deſiderare. Quare Lector ſi quid ſcabrum offenderis mihi condonabis: & ſi exactiora deſideres, pauxillum expectabis: Quandoquidem urgente cauſa recuperationis bonorum coacti ſumus uelut implumem uolucrem manumittere. Vale.*

SVMMARIA COMME-
MORATIO VERITATIS ET

probationis ſupplicatorum & deductorum coram Illuſt. Senatu Caſaleuſi, Et examen. Conceſſionis fæudi Montiſcuchi cum dubiorum reſolutione ad cauſam obtinendæ reſtitutionis, & Inueſtituræ.

PRIVSQVA'M manus apponatur reſolutioni dubiorum, quæ ſubtiliter excitantur. Circa infraſcriptam veteris beneficij donationem, ſummatim aperire conuenit, quid coram Illuſtr. Senatu Caſalenſi, & Marchionalis fiſci aduocato deductum, productum, probatumq; ſit.

ET in primis per Epiſcopalium Inueſtiturarum publica documenta: producta, fuit demonſtratum quòd antè Annum 1442, quo legitur facta per Illuſt. D. Ioannem Iacobum Marchionem Montisferrati Donatio de Caſtro, & Villa, cum pertinentijs Montiſcuchi D. Georgio Solario.

Primo ſtipiti ipſorum ſupplicantium, Iam anteceſſores præfati Domini Georgij à Reuerend. Epiſcopis Taurinenſibus, per Inueſtituram acceperant Locum, Villam, & Caſtrum Montiſcuchi, cum Caſtris, Terris, & Villis circumcohærentibus ſcilicet Auergnani, Montiſrotondi, Montisbelli, Varnoni, & alijs quāplurimis In fæudum promiſcuum pro maſculis, & fœminis, & quibus dederint, cum poteſtate faciendi quicquid de dicto fæudo facere voluerint, & quod fieri debet. abſque contradictione R. D. Epiſcopi: Ita quod ex prædictis Inueſtituris conſtat Caſtrum Montiſcuchi, cum Villa, & pertinentijs, Iamdiu ante Marchionalem illam donationem fuiſſe errectum, & conſtitutum in fæudum rectum: tranſmiſsibile ad Maſculos, & Fœminas, & earum prolem: & talem naturam propriam, & ſpecialem fæudi habuiſſe ante dictam donationem, & conceſsionem factam ab Illuſt. Marchionibus Do. Georgio, & deſcendentibus quibuſcunq;.

Sécundo, probatum fuit ex ſententia lata contra proditores, quod dictum Caſtrum tempore belli inter Illuſtriſs. Marchiones Montisferrati, &communitates Aſt, & Cherij Deditum à militibus Cherij. Illuſtriſs. Marchionibus fuit, & quòd reliqua fæuda cohærentia Caſtrum Auergnani delatum, & dicta caſtra ablata ab anteceſſoribus Domini Georgij: & remanſerunt dictis anteceſſoribus, & peruenerunt iure ſucceſsionis ad ipſum Do. Georgium; & eius liberos, vt in Inſtrumentis diuiſionum legitur.

Tertio, ex iuribus productis conſtat, quòd dicta fæuda circumuicina iure ſucceſsionis, & dotium maternarum deuenerunt ad liberos deſcendentes ex Do. Georgio, & nepotes filiorum ſuorum per fœminas, & ſic ad ipſos ſupplicantes: & quòd illa fæuda pro maiori parte tenentur per Dominos Scarauellos, iuxta formam antiquarum Inueſtiturarum Reuerend. Epiſcoporum. Et ſecundum veterem naturam, ad fœmineam prolem tranſmiſsibilem.

Quarto conſtat, quòd D. Georgius videns fæudum Montiſcuchi, & fæudum Auergnani quod prętēdebat ad ſe pertinere, ex Inueſtitura R. D. Epiſcopi ad manus Marchionales reductum, Omnibus officijs ſtudebat promereri gratiā Illu. Marchionum. Tādem D. Georgius mediātibus ducatis tribus milibus quingentis redemit fæudū Montiſcuchi. Solutiſq; ducatis tribus milibus redemit fæudū Auergnani. Et quia iſta fæuda promiſcua erant Maſculorum, & Fœminarum, dum redimeret, Diuiſit ea, & nominatim pactus eſt, vt fæudum Auergnani ad Fœminas, & earum liberos nullo modo pertineret: nec cognati ad id vllo modo aſpirare poſſent, donec vnus agnatus de Solaria domo extaret. In fæudo verò Montiſcuchi cognatis

prouidit, ea lege, & pacto expreſſo: vt ordine ſucceſsiuo poſt eiuſdem D. Georgij deceſſum, fæudum ad eius deſcendentes maſculos per maſculinam lineam primo veniret, & ſimiliter omnes reliqui deſcendentes maſculi, etiam cognati tranſuerſales ex Georgij ſororibus nati, & naſcituri ad eius ſucceſsionem admitterentur. Et ita eos cognatos ad ſui ſucceſsionem vocauit, vt agnati tranſuerſales nullo modo poſsint ad huiuſmodi ſucceſsionem aſpirare. Adiecitq; pacta, & conditiones, quibus naturam veterem reſeruauit, expreſſo pacto, vt poſſet D. Georgius diſponere, & teſtari in cognatos tranſuerſales ex ſororibus, & facere quicquid vellet de dicto fæudo dummodo iure fæudi, non allodij iure alienaretur. Idq; Illuſtr. Marchio permiſit non ſolum D. Georgio, ſed & deſcendentibus ſuis maſculis.

Quinto, probatum eſt ex teſtimonio D. Georgij, quód maſculis inſtitutis, & ſubſtitutis, mandauit & ſtatuit: quód filiæ legitimæ, & naturales, naſcituræ ex Ioannino, & Bernardino ſuis filijs, & ex eorum deſcendentibus, dotari debeant honorificè, & condecenter, de bonis ſuorū parentum, ſecundum eorum gradum & vires, & facultatem patrimoniorum, quæ bona pro eiuſmodi dotibus eſſe voluit obligata. Deinde ex teſtamento D. Ioannini expreſſe diſpoſitum eſt, quod hæredes ſui recuperare ſtuderent eius partem Montiſcuchi, quam Do. Gabriel in Dominos Griſellos alienaſſe dicebatur: & ea recuperata, iuſsit dotes filiarum augeri. & deſcendentibus filiis ſuis ſine liberis maſculis, ſubſtituit filios Illuſt. Præſidis purpurati, ex Leoneta filia Ioannini, & filios Illuſtriſ. Præſidis Scarauelli, ex Domina Margarita filia eiuſdem Domini Ioannini, & filios D. Antonij de Macetis, ex Franciſchina tertia dicti Ioannini filia. Conſtat etiam ex teſtamento D. Bernardini filij D. Bartholomei de ſubſtitutione facta de ſororibus, & filiis ſororum, deficiente D. Octauiano, & Gaſpare. Et de conſtitutione dotium ſcutorum ducentorum pro qualibet ſuarum ſororum, iure legati facta. & ex dictis Inſtrumentis pariter conſtat de Genealogia, & quód ipſi agentes ſunt deſcendentes maſculi ex Georgio, & quód diſpoſuerunt dicti eorum prædeceſſores, quid fieri vellent de dictis bonis, ad formam conceſsionis Marchionalis eis per donationem factæ.

Sexto, ex teſtibus per Dominam Gabrielinam vxorem quondam D. Octauiani examinatis, & ex Inueſtituris conſtat de poſſeſſorio, & tenuta tertiæ partis bonorum peruentorum ad quondam D. Bartholomeum: & quód D. Octauianus, poſt mortem D. Bartholomei ſui patris pariter dictam tertiam poſſedit, & dum poſsideret, aſsignauit grangiam ad Iuſtitias iure hipotecæ D. Nicolao Prouanæ pro ſcutis 400. pro dotibus ſororis ſuæ. Et de eius poſſeſſorio, & tenuta ipſorum, & Domini Scarauelli, ex Inſtrumentis, & expletis productis latè conſtat.

Septimo, ex Inueſtituris, & rei euidentia, & Inſtrumento Diuiſionis probatur, quód fuerunt per D. Georgium ædificata duo palatia noua in ſolo alodio. Et quód circundata ſunt muris, & vnita caſtro. Et pariter de Grangia noua ædificata per D. Octauianum, quæ non eſt in dicto Inſtrumento diuiſionis nominata, & nondum finita eſt. Et de alijs melioramentis, & acceſsionibus factis fæudo Montiſcuchi, per Dominos de Solario ex Inſtrumentis emptionum latè patet.

Octauo conſtat, ex innumeris proceſsibus agitatis inter D. Ioanninum, & Gaſparem, & Dominos Griſellos, & Illuſt. D. Conſtantinum Comolatum, & Illuſt. Duces Sabaudiæ, & Marchionem Saluciarum: quód ſemper conqueſti ſunt D. Ioanninus, & ſui deſcendentes de violentia eis illata in dicta tertia parte D. Ioannini, & alia D. Gabrielis, & quód quæſierunt eam partem recuperare. Ita quod nulla negligentia, aut præſcriptio potuit contra eos decurriſſe.

Nono, ex teſtamento D. Margaritæ Eiuſdem D. Scarauelli matris liquet, quod grauauit ipſum hæredem de augendis dotibus filiarum ſuarum, & recuperandis iuribus prædictis.

Decimo conſtat, quód D. Scarauellus inſtituit actionem vbi primum ei licuit coram Senatu Regio contra Dominos Griſellos. Et ne videretur fauoribus inniti compromiſit in partis aduocatum, & ſententia arbitrali ipſi, atq; aliis litis conſortibus adiudicata fuit dimidia tertiæ partis D. Ioannini, & promiſſio facta per Dominos Griſellos de iuuando in tertia D. Octauiani, & Bartholomæi, & dimidia Domini Ioannini prout in dicta arbitrali ſententia per eos ratificata in actis producta legitur, verificatur vt in dicta ſententia. Nouiſsimè conſtat de

ſtat de miſsione in poſſeſsionē, manutentione in tertia prædicta, literis Saluaguardiæ, & inhibitionum, ac de reali poſſeſſorio nomine omnium deſcendentium. necnon de eiuſdem turbatione, & ſpolio iuxta formam Decreti Marchionalis, ex quo trui non permittuntur pro more. licetq; cauſa reſtitutionis, & poſſeſſoria ſit nec petitorias diſcuſsiones admittat tamen (citra ingreſſum petitorij vt ſemper poteſtatum fuit, & ordinarij iuris eſt) ad iuſtificandum poſſeſſorium reſoluentur quædam dubia, quæ ex Inſtrumento donationis, de qua infra, extorquentur. Quibus vt præmittitur deductis, & per Teſtes, Teſtamenta, Inueſtituras, & factorum nouiſsimorum allegationem, per acta publica, literas Marchionales, patentes, expleta miſsionum, & alia publica documenta communicata clariſsimo Aduocato, abundè & pluſquam cauſa poſſeſſoria exigat probatis, Concluderem me, & cōſobrinos meos eſſe maſculos, deſcendentes ex Do. Georgio, & ex deſcendentibus ſuis maſculis, & conſequenter mihi, & ipſis factam donationem, & nos comprehendi verbis, & mente donationis, Verbaq; nobis conuenire, & conſequenter effectum diſpoſitionis. Et vbi dici poſſet non videri ex mente contrahentium nobis factam donationem, quod falſum eſſe probabitur, Nihilominus conſtat nos apertè vocari ad ſucceſsionem Georgij, & eorum maſculorum, quibus facta donatio legitur. Ita vt ſi non veniamus iure donationis, ſaltem vocemur iure ſucceſsionis, virtute pacti, & diſpoſitionis iuris communis, ex quo per pactum expreſſum dictum fuit, & conuentum, quòd omnes deſcendentes Georgij gradatum, & ordine ſucceſsiuo debeant ſecundum iuris communis diſpoſitionem ſuccedere ipſi Georgio, cui per prius legitur facta ipſa donatio, & ſucceſsiuè poſt eum deſcendentes ſui maſculi, in infinitum Tertio deinde loco quibuſcunq; maſculis deſcendentibus ex eis, etiam per fœminas. Et nouiſsimè, quòd omnes deſcendentes etiam fœminæ, nullo excepto in infinitum ſucceſsiuè, & gradatim ſecundum diſpoſitionem iuris communis ſuccederent. Quibus verbis nos quoq; compræhendimur, Iuxta tradita per Doctores in l. cùm ita. §. in fideicommiſ. ff. de leg. ij. & in l. fi. C. de verb. ſigni. & cùm Prætore auctore miſsi, & manutenti eſſemus in poſſeſsione nobis ſpectante, per ea, quæ tradit in ſimili cauſa Soci. Iunior conſil. 75. volu. primo. & ſecundum quæ per Sereniſs. Imperatorem pronuntiata fuere, & per ea, quæ Pariſi. conſil. 22. vol. primo. ac per titulum quod quiſq; Iuris. & per ea, quæ dicit Tex. in terminis l. ij. C. de acqui. poſſeſ. Affirmabamus nos deſcendentes, quod qualitercunq; poſſeſsio nobis per veritatem debita ad nos perueniſſet, Iuſtè nacta cenſeretur. Maximè attentis Saluaguardijs, pactionibus, capitulis pacis, per quæ Iudicata per regios Iudices ſtabilia, & rata manere conuentum extitit. Et quòd æquè conuenit, quòd nihil de facto tentari debeat, ſed via iuris, ac Iudicialis reuiſionis reparari tantū poſsint. Maximè ex quo expleta, & inhibitiones factæ ab Illu. Proregibus aliquid plus, deſcendentibus, quibus fieri moleſtia prohibebatur, tribuebant quàm ciuilem, & naturalem poſſeſsionem: vt dicit Tex. in l. pen ff. de Acquirend. poſ. Cum etiam Decreta Marchionalia mandent ſpoliatos reſtitui, & oppreſſorum vox ad cœlum clamitet aſsiduè. Supplicabant itaq; ſe reſtitui, & commodum poſſeſsionis ſibi non auferri, Attento quòd ab agentibus pro Illuſt. Camera, & D. Griſellis ereptæ fuerunt, nullo iuris ordine, nō ſeruata forma l. fi C. de Bo. vacā. & l. defenſionis facultas. C. de Iure fiſci, lib. x. Et quòd poſt eiectionē, & ſpolium non admittuntur. Quare ſecuti ipſi deſcendentes conſilium. §. fi. in tit. de milite vaſſallo qui contumax eſt. Requiſierunt gratioſè ſibi Inueſtiturā concedi, & poſſeſsionem non denegari, aut Iuris remedijs conſuli, cùm nimis graue ſit, vnde iura oriri debent, inde iniuriā pati. Maximè cùm certò ſciant, quòd ſi Illuſtriſs. & Sanctiſ Ducisſa, & Illuſtriſs. Dux Mantuæ eſſent de veritate iuris, & facti informati, & de fidelitate, & qualitatibus ſupplicantium non paterentur ſimilia fieri, præſertim ad commodum & fauorem Dominorum de Griſellis, qui ſemper procurarunt ſpoliare Do. Solarios vicinos, & nouiſsimè contra ſententiæ arbitramentalis ratificatæ fœdera procurarunt conducere eorum partem, & ſpoliatos deſcendentes Georgij tenere. Aduerſus quam requiſitionem clariſs. Aduocatus Marchionalis excipiebat. Primò, quòd ſecuta morte D. Octauiani vltimi agnati defuncti Do. de Paucaparte, tunc caſtellanus: vt D. Aduocatus prætendebat, appræhenderat poſſeſsionem nomine Illuſt. Cameræ, tanquàm ea bona ad dominum deuoluta fuiſſent, à qua poſſeſsione de facto fuerat per milites Regios ſpoliata eadem Camera, & ad quam reſtituta fuit per Maieſtatem Regiam, & conſequenter, quòd non poterant ipſi deſcendentes dicere ſe ſpoliatos,

 Ad quas

Ad quas exceptiones replicabatur, quòd ſemper attenditur vltimum ſpolium, & id purgat præcedentia. Et ex eo quòd Sereniſsimus Rex iuſtè reſtituit ſtatum Excellentijs ſuis, non ſequitur ex hoc quòd Illuſtriſ. Duces non debeant iuſtitiam facere ſuis ſubditis. & Sereniſſimi Regis exemplo occupata à ſuis, reſtituere: cùm ſit cautum iure quod ſi ipſis Illuſtr. Marchionibus vis facta ſit à Sereniſsimi Regis militibus, non ex hoc permittatur eis, alijs vim facere. l. cùm à te. ff. de vi. & vi. arm. ſtantibus maximè pacis conuentionibus. Quibus rationibus confirmabant non licuiſſe agentibus pro Illuſtriſ. Ducibus tempore pacis ſpoliare ipſos ſupplicantes ſuos ſubditos, cum quibus potuerunt in iudicio experiri, & ius ſuum perſequi, ſub eo colore quòd belli tempore poſſeſsione eiecti forent, quia perditur poſſeſsio ſi occupetur ab hoſte. l. prima ff. de acquirenda poſſeſsione. Accedat quòd illa poſſeſsio capta per Dominum de Paucaparte, non fuit capta tanquàm vacans, & deuoluta iuxta dictam legem fin. C. de Bonis vacan. Sed vt ipſe iuratus depoſuit, fuit capta, quia propter bellum nullus apparebat poſſeſſor. & ſic rei ſeruandæ cauſa, quòd præſumitur, quia iuſta eſſet talis poſſeſsio. c. primo per quos fiat Inueſt. in prin. vnde ea poſſeſsio non facit poſſeſſorem. l. iij. §. genera. ff. de acquir. poſſeſsione. Et ſi diceretur quòd accepiſſent eam animo poſsidendi, tanquam deuoluta fuiſſet per mortem Do. Octauiani ſine liberis, non valuit ea poſſeſsionis appræhenſio. l. nec ex vera. & l. ſi nulla iuſta cauſa. C. de acquir. poſſeſ. Primo, quia ſupererat Do. Gaſpar proximus agnatus, & conſanguineus germanus Do. Octauiani, eiusq; frater patruellis deſcendens, ac nepos Georgij, ex Ioannino filio Georgij, ad quem iure donationis, & ſucceſsionis pertinebat poſſeſsio. §. primo Si de fæud. defun. contro. fue. & quia ſupererant omnes ipſi nepotes ex ſororibus D. Octauiani, & Gaſparis, quibus debebatur poſſeſsio ob mortem Gaſparis. §. inter filiam. Si de fæud. defun. contro. & in conſilijs præallegatis. Tertio, quia malo ordine, id eſt, non ſeruata forma iuris. Do. Paucaparte ingreſſus poſſeſsionem fuerat ſine iudice, nō vocatis quorum intererat. Vnde ea non poterat dici iuſta poſſeſsio, quæ auocari iure poterat. l. non videtur. ff. de acquiren. poſſeſ. & licet Illuſtr. Cameræ deuoluta eſſet poſſeſsio (quòd negatur.) Tamen eo modo capta, facit prædonem non poſſeſſorem. l. Si ex ſtipulatione. De acquir. poſſeſ. l. Nec ex vera. l. Si nulla. C. eo. & cum declarauerit Do. Paucaparte qui poſſeſsionem appræhendit, ſe rei ſeruandæ cauſa appræhendiſſe eam poſſeſsionem, vt erat in cuſtodia reliqui fæudi, non poteſt mutari cauſa poſſeſsionis, maxime in deteriorem, & iniuſtam. l. Nemo poteſt. C. De acquir. poſſeſ. His rationibus, atque alijs cumulatiſsimè adductis per doctiſsimum Iureconſultum Dominum Dauidem Sauium aduocatum in hac cauſa accerſitum: vt in ſuo elegantiſsimo Conſilio videbit Illuſt. Senatus, excuſſus & ab omni exceptione deiectus Clariſsimus Marchionalis aduocatus vir vti doctiſsimus, & accutiſsimus, atq; callidus, & in rebus forenſibus exercitatiſsimus, cùm videret nulla ratione ſpolium excuſare, aut poſſeſsionē tueri poſſe: & Griſellis in ea re ſatisfacere, qui ad eius patrocinium conuolabāt, ne in vlla parte deeſſe Illuſtriſ. Principibus ſuis videretur, ſenſim ad petitorij merita obripere ſtuduit, ſperans, quod vitare non poſſet, ſaltem inuolutis petitorij ambagibus differre, & præſtare poſſe, vt iudicium difunderetur, & iudicandi iuſtam moram, & rationabilem dubitandi cauſam Senatui præberet, & contra. l. penultimam. C. de aduoc. fiſci, & l. fi. ff. de procur. Cepit efficere, vt cauſa ſerius ad exitum perduci poſſet. Opponendo non ſine doli ſuſpitione exceptionem dolo facitis, qui petitis quod reſtituturi eſtis. Nam ſiquidem vobis reſtitui debeat poſſeſsio, dicebat, Tamen quia finita videtur conceſsio agnatis deſcendentibus facta, fæudum eſt reuerſum ad Dominum. Vobis igitur non licet id retinere, quia fœminea proles ad fæudi ſucceſsionem aſpirare non poteſt: vt conſtat ex interpratatione conceſsionis per vos productæ. Hæc dicebat, & pluribus nitebatur inuertere rei euidentiſsimæ veritatem. Ex quibus infraſcripta dubia emerſerunt, quæ quanquam impertinentia ſint, cum nil commune habeat petitorium, cum poſſeſſorio, & ordinarium ſit prius de poſſeſsione iudicare, & ſpoliatum antè omnia reſtituere conueniat. Tamen (citra ingreſſum petitorij) vt ſolum Iuſtitia, & ratio petendæ poſſeſsionis appareat, & vt doceatur non eſſe reſtituendum id quod petitur, ſingula dubia gradatim ſoluemus. Expoſito & Examinato prius Inſtrumento conceſsionis, non ſine debita veniæ præfatione, quod quaſi alieno negotio manum minus eleganter apponamus, parum equidem in aduocandi munere ſumus exercitati, cum omnem ferè operam noſtram in iudi-

candi

candi & legendi facultate conſumpſerimus. Quapropter quæ noſtræ aduocationi deerunt, conſumatiſsimorum præceptorum meorum, & clariſsimorum Iudicum prudentia, atque æquitas ſupplebit. Prius ergo exemplum ac tenorem conceſsionis iuxta l. vt reſponſum. C. de tranſactionibus inſeremus, & notando atque exponendo declarabimus. Mox propoſitis quæſtionibus ex dubijs reſultantibus diſſoluemus omnem dubitationem, & latiſsimus Iudicio recto, ac veritati campus patebit.

TENOR DONATIONIS, SEV CONCESSIONIS,

fæudi Montiſcuchi. De cuius intellectu quæſtio fit coràm Reuerend. Senatu Caſalenſi.

IN NOMINE • DOMINI AMEN. Anno Natiuitatis eiuſdem 1
milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo, indictione quinta,
die duodecima Menſis Iunij. ACTVM in Caſtro magno Caſalis ſancti
Euaſij videlicet in camera conſilij infraſcripti Illuſtriſs. Do. Marchionis,
• Præſentibus teſtibus ad infraſcripta vocatis, ſpecialiter & rogatis, Spe- 2
ctab. Do. Henrieto Nata, Legum Doctore, Conſiliario: Magiſtro Anto-
nio de Guaynerijs de Papia, Artium & Medicinæ Doctore Phiſico: Bartholomeo della Sa-
la Camerario, & Euſebio de Blanzate Secretario infraſcripti Illuſtriſs. Do. Marchionis In
quorum, & mei Notarij infraſcripti præſentia • Illuſtriſs. Princeps, & Excel. D.D. Ioannes 3
Iacobus Marchio Montisferrati, &c. • corde retinens & memoriæ commendans grata ſer- 4
uitia eidem exhibita per Nobilem Georgium de Solario filium quondam Egregij Zanini
ac fidei ardorem, & integritatem, quam geſsit & gerit Idem Georgius erga excell. ſuam
• pro præmiſſorum remuneratione, & • vt idem Georgius, & ſui poſteri intelligant eorum 5
fidem & deuotionem gratam fore ipſi Illuſtriſs. Do. Marchioni, • ac effectu percipiant ipſius 6
fidei, & deuotionis remunerationem, • ex eius certa ſcientia & ſpontanea, voluntate conſultè 7
& prouidè, • ac procerum & conſiliorum eius accedente conſilio • per ſe & eius hæredes, & 8
ſucceſſores: • Dedit Donauit, & rradidit, Dat, Donat, & tradit Nobili Nicoleto de Macetis 9
procuratori, & procuratorio nomine ipſius Nobilis Georgij ibidē præſenti, habenti, ad hæc 10
omnia infraſcripta peragendum, plenum & ſufficiens mandatum: vt conſtat publico inſtru- 11
mento recepto & abbreuiato, & in publicam formam redacto per Antonium de Grana de
Villafrancha Taurinenſis Dioceſis, ſub Anno Do. milleſimo quadringenteſimo quadra-
geſimo primo, indictione quarta, die quarta Menſis Nouembris, ibidem exhibito & produ-
cto, & acceptanti & reuerenter recipienti • pro ipſo Georgio, • & quibuſcunq; deſcendenti- 12
tibus ſuis maſculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio ex ipſo Georgio, 13
• & eius deſcendentibus maſculis legitimis & naturalibus procreatis, & procreandis. • In 14
Nobile, rectum, & gentile fæudum, Caſtrum, Locum, Terram, & Villam Montiſcuchi 15
Dioceſis Taurinenſis cum mero, & mixto imperio & omnimoda iuriſdictione, & gladij po-
teſtate, • & cum omnibus & ſingulis domibus, turribus, edifficijs, & fortilicijs, dicti Caſtri, 16
& omnibus & ſingulis alijs domibus, edifficijs, caſsinis, ayralibus, hortis, viridarijs, terris,
pratis, vineis, poſſeſsionibus, cultis, & incultis, gerbis, nemoribus, paſcuis, venationibus,
piſcationibus, acquis, acquarum decurſibus, Hominibus nunc & in futurum ibidem habi-
tantibus, & ipſorum hominū fidelitatibus, bannis, pœnis, mulctis, obuentionibus, confiſca-
tionibus, honorantijs, fictis, redditibus, emolumētis, • iuribus, & actionibus & alijs quibuſ- 17
cunq; pertinentijs ſituatis tam in Caſtro quā in Villa, ayralibus, diſtrictu, & territorio ipſius

18 loci Montiſcuchi, • ſpectantibus, & pertinentibus quomodocunque, & qualitercunque
ipſi Caſtro & loco Montiſcuchi, & ſeu ipſi Illuſt. Do. Marchioni, in ipſo Caſtro, Terra, Vil-
la, Territorio, & hominibus, & occaſione eorum, & cuiuslibet eorum. Iure directi alti do-
minij, & ſuperioritatis, & fœudi in, & ſuper omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis ſemper ſaluo.
Ipſumq; Nicoletum Procuratorio nomine dicti Georgij, ibidemq; reuerenter, & genibus
flexis conſtitutum acceptantem, & recipientem, præfatus Illuſt. Do. Marchio cum vna ſpa-
19 ta, quam in ſuis tenebat manibus • de præmiſsis omnibus & ſingulis ſolemniter inueſtiuit.
Territorio autẽ & finibus dicti caſtri, & loci Montiſcuchi coherẽt fines, & territoria locorũ
20 • Louenciti, Montiſrotondi, Montiſbelli, Cinzani, Paliani, & Caſtri noui. • Ad habendum,
21 tenendum, & poſsidendum, • & quicquid ipſi Georgio, & deſcendentibus ſuis maſculis le-
21 gitimis, & naturalibus (ſaluo ſemper iure fœudi) placuerit perpetuo faciẽdum. Et cum omni-
bus & ſingulis, quæ vnaquæq; ipſarum rerum quomodolibet habet ſupra, intra, & infra ſe,
21 • & omni iure, & actione vſu, ſeu requiſitione, Acceſsibus quoq; egreſsibus, & ingreſsibus,
24 ipſis rebus & earum cuilibet, & ſeu ipſi Illuſt. D. Marchioni, occaſione earum rerum • quo-
25 modolibet competentibus, & pertinentibus, • Cum pactis tamen conceſsionibus modis, &
26 formis infraſcriptis. • Et primo, quòd ad dictum fœudum veniant, & in eo tantummodo
27 ſuccedãt, ſublato ſiue defuncto ipſo Georgio, • omnes deſcendentes vſq; in infinitum legiti-
28 mi, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreati, & procreandi ex eo Georgio • & li-
29 beris ſuis • ordine ſucceſsiuo, Et ſecundum gradus prærogatiuam • & iuris communis diſpo-
30 ſitionem. • Ita, quòd Agnati tranſuerſales dicti Georgij cuiuſcunque gradus exiſtant,
31 32 • in dicto fœudo ſuccedere non poſsint, nec ad illud aliqualiter aſpirare. • Poſsit tamen ipſe
31 Georgius ad eius beneplacitum de dicto Caſtro, Terra, Villa, cum dictis ſuis pertinentijs,
34 & toto dicto fœudo diſponere ad eius beneplacitum, tam per • viam contractus inter viuos,
35 • quàm vltimæ voluntatis, • in filios maſculos legitimos & naturales natos ex Nobili quon-
36 dam Paulo de Maſetis, & Anglexia eius vxore, ſorore dicti Georgij, & in natos, & naſcitu-
37 ros maſculos ex Ioanne de Maſetis, & Aluyſia eius vxore, ſorore etiam dicti Georgij • caſu
38 quo idem Georgius decederet • ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus. • Ita, quòd dicti
39 40 • filij nati ex dictis Anglexia & Paulo, & nati & naſcituri ex dicto Ioanne & Aluyſia dicto
41 caſu • ſuccedere poſsint, & ſuccedant in ipſo fœudo. • Ita, quòd ipſum fœudum à prædicto
Illuſt. Do. Marchione, & ſuis ſucceſſoribus teneant, & recognoſcant, & de eo debitam acci-
piant ab eis Inueſtituram • ſecundum formam, & tenorem præſentis inueſtituræ.

42 ¶ ITEM, quòd dictus Georgius, & dicti eius deſcendentes, & ſucceſſores nullo vn-
quam tempore arctari, & compelli poſsint per prædictum Illuſt. Do. Marchionem, & etiam
eius hæredes, & ſucceſſores ad conſignandum, ſeu faciendum aliquod conſignamentum de
43 aliquibus terris, ſiue membris, & rebus particularibus dicti feudi. • Sed ſufficiat recognitio-
nem, & conſignationem facere de quota parte fœudi, & quota pars fuerit, quam tenebit de
dicto fœudo, ille qui teneretur, & requireretur ad faciendum dictam recognitionem, & con-
ſignationem. ¶ ITEM, quòd quandocunq; contingeret dictum fœudum ad plures ſi-
mul deuenire, ſecundum tenorem præſentis Inueſtituræ, & contingeret vnum vel plures, ex
eis abſentes fore à patria iſta, & in partibus remotis Vltramontanis, ſufficiat quòd per illum,
44 vel illos Vaſſallos qui præſens, vel præſentes fuerint in partibus iſtis, • fiat debita recognitio
ſuo nomine, & vice, & nomine aliorum conuaſſallorum, & conſortum ſuorum abſentium:
vt ſupra infra annum de iure communi ſtatutum. Dummodo infra dictum annum dicti ab-
ſentes, quorum nominibus facta fuerit ipſa recognitio, ipſam debito modo, & legitimè, &
per publicum inſtrumentum ratifficauerint, & approbauerint. Et tunc perinde ſit ac ſi per
dictos abſentes recognitio facta fuiſſet, tam reſpectu Domini ſuperioris, quàm ipſorum
45 Vaſſallorum. • Et ita, & taliter, quòd dicti abſentes cum venerint ad has partes, teneantur
perſonaliter ſe præſentare coram ipſo Illuſt. Do. Marchione, & eius ſucceſſoribus ad ratiſ-
ficandum, & debitam recognitionem faciendum de dicto fœudo infra menſem vnum, com-
46 putandum à die aduentus eorum ad has partes citramontanas, • niſi ſuperueniret neceſſa-
47 rium & legitimum impedimentum. • Ita, quòd hij Vaſſalli qui dictam recognitionem fe-
cerint nomine ipſorum abſentium, non debeant ipſos abſentes admittere in dictum ca-
ſtrum, & fœudum niſi prius per eos facta dicta recognitione, & ratifficatione.

¶ ITEM,

¶ ITEM, quòd homines dicti loci Montiſcuchi, & ibidem nunc, & in futurum habi- 48
tantes teneantur ipſi Georgio, & dictis ſuis ſucceſſoribus tanquàm eorum Dominis, ad
omnem requiſitionem ipſius Georgij, & eius ſucceſſorum præſtare debitum fidelitatis ſa-
cramentum, • Reſeruata tamen, & ſpecifice excepta fidelitate debita prædicto Illuſt. Do. 49
Marchioni, & eius hæredibus ac ſucceſſoribus, reſpectu ſuperioris, ac alti dominij ipſiq; ho-
mines, ad hoc faciendum cogi, & compelli poſsint per ipſum Georgium, ſeu agentem pro eo,
• & ſucceſsiue per dictos eius ſucceſſores, ſub quibuſcunq; pœnis, bannis, & mulctis, & 50
contrafacientes de dicto loco, & terra, & eius territorio expellere, & bannire, & omnia eo-
rum bona mobilia, & immobilia, & iura ad manus ſuas accipere, & apprehendere, & appræ
henſa tenere, & de eis diſponere ad omnem eorum Vaſſallorum voluntatem. 51

¶ ITEM, quòd prædictus Illuſt. Do. Marchio, & eius hæredes, & ſucceſſores non poſ-
ſint, nec valeant hominibus nunc, & infuturũ habitantibus in ipſo loco Montiſcuchi, & eius
• territorio imponere, & ab eis exigere aliquam taleam, impoſitionem, taxationem, nec 52
aliquod munus, reale, perſonale, vel mixtum ordinarium, ſiue extraordinarium, ſeu aliud
quodcunq; grauamen, • Sit tamen, & eſſe intelligatur ipſi Illuſt. Do. Marchioni, & eius 53
ſucceſſoribus ſaluum ius appellationũ, & reclamationum, per dictos homines, & habitato-
res Montiſcuchi, ad ipſum Illuſt. Do. Marchionem, & eius ſucceſſores. • Ita, quòd ipſi ho- 54
mines appellare, & reclamare poſsint, iuxta caſuum occurrentias ad ipſum Illuſt. Do. Mar-
chionem, & eius ſucceſſores. ¶ ITEM, quòd ſi, & quandocunq; caſus infuturum contin- 55
geret (quod Deus auertat) quòd ſuſpicio aliqua guerræ, & diſſenſionis oriretur inter præ-
fatum Illuſt. Do. Marchionem, ſiue eius ſucceſſores parte vna, & aliquem ex Illuſt. Do. Vi-
cinis ipſius Illuſt Do. Marchionis, & eius territorio, ſcilicet ipſi loco Montiſcuchi tenean-
tur, & debeant, & obligati ſint, dictus Georgius, & dicti eius ſucceſſores, vigore præſentis
Inueſtituræ, & ſub vinculo fidelitatis per ipſum, ſiue eos præſtitæ, occaſione præſentis fæudi,
dictum Caſtrum, & locum Montiſcuchi reponere, & remittere in manibus, & forcia vnius
Caſtellani, qui ſit de territorio prædicti Illuſt. Do. Marchionis, & confidentis, & accepti ipſi
Illuſt. Do. Marchioni, ſiue eius hæredibus, & ſucceſſoribus, ſi ipſe Illuſt. Do. Marchio, ſiue
eius ſucceſſores, hoc duxerint requirendum, & fuerit de ſuo beneplacito. Qui Caſtellanus
cum perſonis fidis ipſi Illuſt. Do. Marchioni, ſiue eius hæredibus, & ſucceſſoribus, in nu-
mero ſufficienti cuſtodiat, & teneat dictum caſtrum ad ſtatum, & honorem prædicti Illuſt.
Do. Marchionis, & eius hæredum, & ſucceſſorum, nomine dicti Georgij, pro tempore, quo
duraret dicta guerra, ſiue diſſenſio, & ſuſpicio, • quibus ceſſantibus reſtituatur, & reſti- 56
tui debeat ipſum Caſtrum, & locus Montiſcuchi, in manibus & fortia dicti Georgij, & eius
ſucceſſorum tenendum, & poſsidendum per eum, & eos iuxta tenorẽ præſentis Inueſtituræ.

¶ CONSTITVENS, idem Illuſt. Do. Marchio ſe tenere, & poſsidere, ſiue quaſi, di- 57
ctum Caſtrum, Locum, Terram, & Villam Montiſcuchi, cũ omnibus, & ſingulis bonis, &
iuribus ſupradictis, & in præſenti in fæudatione compræhenſis, nomine, & vice dicti Geor-
gij, & dictorũ eius ſucceſſorum, donec corporalem, ſeu quaſi acceperit de eis poſſeſsionem,
quam appræhendendi deinceps, & retinendi omnimodam licentiam contulit ei, atq; dedit,

¶ PROMITTENS præfatus Illuſt. Do. Marchio per ſe, & eius hæredes & ſucceſſores, 58
dicto Nicoleto, dicto Procuratorio nomine, & mihi Notario infraſcripto tanquam publicæ
perſonæ, officio publico ſtipulanti, & recipienti, nomine & vice, & ad opus, & vtilitatem
dicti Georgij, & eius deſcendentium, & ſucceſſorum, & omnium, & ſingulorum, quorum
intereſt, & intereſſe poterit infuturum ſolemniter ſtipulantibus, & recipientibus præſentem
Inueſtituram, & omnia, & ſingula ſupra, & infraſcripta, & præſenti contractu contenta,
• perpetuo attendere, & obſeruare, & adimplere, & nullo vnquam tempore contrafacere, 59
vel venire, per ſe, vel alium, ſeu alios, directe vel indirecte, • aliqua ratione vel cauſa de iure 60
vel de facto, quæ dici, vel excogitari poſsit, • litem, queſtionem, debatum, ſiue controuer- 61
ſiam ipſi Georgio, & dictis eius ſucceſſoribus non inferre, nec inferenti conſentire, cauſa &
occaſione præmiſſorum, & alicuius eorum, Sed prædictum fæudum, cum prædictis omni-
bus, & ſingulis rebus, bonis, iuribus, & honorantijs ſupraſcriptis, • dicto Georgio, & 62
dictis eius ſucceſſoribus legitime defendere, diſbrigare, & manutenere, ab omni perſona, &
perſonis Communi, Collegio, & Vniuerſitate, tam Eccleſiaſtica, quàm Seculari.

¶ Sub

63 ¶ Sub refectione & reſtitutione veræ æſtimationis, & iuſti precij dicti caſtri, terræ &
villæ, & omnium bonorum & iurium præmiſſorum, & ſub reſtitutione omnium & ſingu-
lorum, damnorum, expenſarum, & intereſſe, quæ & quas. Idem Georgius, ſeu dicti eius
ſucceſſores facerent, paterentur, incurrerent & ſubſtinerent in iudicio, ſiue extra, eo quòd
per ipſum Illuſt. Do. Marchionem, ſeu eius hæredes & ſucceſſores, prædicta non obſerua-
64 rentur, & adimplerentur. ¶ Siue in aliquo præmiſſorum contrafaceret, de quibus cre-
dere promiſit ipſi Georgio, & dictis eius ſucceſſoribus ſub eorum ſimplici verbo, ſine teſti-
bus & ſacramento, & qualibet alia probatione. Renuntians in præmiſsis omnibus & ſin-
gulis, Idem Illuſt. Dominus Marchio exceptioni, doli, mali, metus, infactum, actio-
65 ni condictioni ſine cauſa, & ex iniuſta cauſa. ¶ Rei aliter geſtæ, quàm ſcriptæ, vel
ſcriptæ, quàm geſtæ. Et omni alij iuri, & legum auxilio quibus contrafacere, vel ve-
nire poſſet, & aliqualiter ſe tueri. Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter attendendis, ac
66 obſeruandis præfatus Illuſt. Dominus Marchio. ¶ Omnia eius bona præſentia & futura
iure pignoris, & hippothecę obligauit prædicto Nicoleto, & mihi iandicto notario dictis
67 nominibus recipientibus, & acceptantibus. ¶ Quibus ſic peractis, prædictus Nicoletus
Procuratorio nomine dicti Georgij, & pro ipſo Georgio, & dictis eius deſcendentibus, &
ſucceſſoribus maſculis legitimis, & naturalibus, per ſolemnem ſtipulationem promiſit, &
conuenit prædicto Illuſt. Domino Marchioni pro ſe, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus reci-
pienti, & acceptanti, ac iurauit ad ſancta Dei Euangelia corporaliter tactis ſcripturis in ma-
nibus prædicti Illuſt. Domini Marchionis, & in animam ipſius Georgij, quòd dictus Geor-
gius & prædicti eius deſcendentes, & ſucceſſores erunt perpetuo boni, veri, & fideles Vaſ-
ſali ipſius Illu. Do. Marchionis, & hæredum, ac ſucceſſorum eius, & quòd de dicto caſtro,
terra, villa, & hominibus dicti loci Montiſcuchi facient pacem, treuguam, & guerram, pro
ipſo Illuſtriſſ. Domino Marchione, & eius hæredibus & ſucceſſoribus, ad eius, & eorum
omnem ſimplicem requiſitionem, & mandatum contra omnes Dominos & Dominia, &
omnem mondi perſonam, commune Collegium, & Vniuerſitates, tam Eccleſiaſticas quàm
ſeculares amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis ipſius Illuſt. Domini Marchionis, &
68 eius hæredum & ſucceſſorum, tractabit & reputabit, tractabunt & reputabunt. ¶ Genti-
bus ipſius Illuſt. Domini Marchionis, & hæredum, & ſucceſſorum eius receptum, allogia-
69 menta, & refreſcamenta præſtabit. ¶ Et præſtabunt, victualia mediante ipſorum victua-
lium prætio, & ſolutione competenti, ſtatum, & honorem ipſius Domini Marchionis, &
eius hæredum, & ſucceſſorum, & bona ſua defendet, manutenebit, augiebit, & conſerua-
bit, defendent, manutenebunt, & conſeruabunt, pro poſſe eorum, ſi quid ſentiet, aut in-
telliget, tractari perquiri, ſeu machinari contra perſonam, ſeu perſonas ipſius Illuſtr.
Domini Marchionis, & eorum hæredum, & ſucceſſorum, ſiue eorum ſtatum, & Do-
minium illud prohibebunt, & prohibebit pro poſſe, & impedient, & ſi impedire non po-
terit, ſeu poterunt, eidem Illuſt. Domino Marchioni, & dictis eius hæredibus, & ſucceſſo-
70 ribus ſtatim manifeſtabunt. ¶ Sanum, & vtile conſilium dabunt. ſecundum eorum con-
ſcientias, ſi fuerint requiſiti. Si quid ei, vel eis, Vaſſallo, & Vaſſallis, per præfatum Domi-
num ſuum, ſiue eius hæredes, & ſucceſſores dictum reuelatum, ſiue manifeſtatum fuerit,
illud ſub ſecreto tenebit, nec vlli perſonæ propalabunt, vel notum facient, directe, vel indi-
recte, & ſub colore aliquo. Quodq; ipſe Georgius, & dicti eius deſcendentes, & ſucceſſores.
71 ¶ Si & quandocunq; caſus occurrerit, quo recognitio de dicto fæudo fieri debeat, illam
faciet, & facient tempore debito, & iuxta tenorem præſentis Inueſtituræ. Et generaliter om-
nia alia, & ſingula faciet, & facient, agent, & adimplebunt, & obſeruabunt, quæ bonus, ve-
rus, & legalis Vaſſallus facere tenetur, & debet, pro vero Domino ſuo, & in omnibus, &
72 per omnia prout, & quemadmodum continetur. ¶ In capitulis nouæ, & veteris formæ fi-
delitatis. Et vlterius faciet & curabit dictus Nicoletus, quod dictus Georgius infra men-
ſem vnum proximè futurum, à die, qua applicuerit ad has partes, veniet ad conſpectum
Illuſt. Do. Marchionis prædicti, & coràm eo præſentem Inueſtituram, & omnia in ea con-
tenta ratificabit, & approbabit, per publicum Inſtrumentum, pro ipſoq; fæudo Inueſtitu-
ram in forma prædicta perſonaliter accipiet, ab ipſo Illuſt. Domino Marchione, & præmiſ-
ſa forma præſtabit debitum fidelitatis ſacramentum.

PRO

PRO quibus omnibus, & ſingulis firmiter attendendis, & obſeruandis: Dominus Nicoletus ſuo, & dicto nomine omnia bona, & iura ipſius Georgij, & Nicoleti obligauit pignori & hypothecæ ipſi Illuſtriſs. Domino Marchioni: Præcipientes tam prædictus Illuſtriſs. Dominus Marchio, quàm ſupraſcriptus Nicoletus dicto Procuratorio nomine, de dictis omnibus & ſingulis fieri publicum Inſtrumentum per me Notarium infraſcriptum.

Et ego Niolinus Garronus de Liburno Vercelenſis Dioceſis Publicus Imperiali auctoritate Notarius & Secretarius prædicti Illuſtriſs. Domini Marchionis, ſupraſcriptum inſtrumentum receptum & abbreuiatum per infraſcriptum ſecretarium Antonium de Ticionibus, Dominum Dexanæ, Notarium publicum & Cancellarium prædicti Illuſtriſs. Domini Marchionis de ipſius Antonius licentia conſenſu & voluntate, de imbreuiaturis ſuis fideliter extraxi: & in præſcriptum formam redigi & ſcripſi: & me in teſtimonium veritatis ſubſcripſi ſignum meum præpoſui conſuetum.

Et ego Antonius de Ticionibus filius quondam ſpecialis Domini Ludouici publicus imperiali auctoritate Notarius & Cancellarius præfati Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domini noſtri D. Marchionis Montisferrati, &c. Supraſcriptis omnibus & ſingulis præſens interfui, & rogatus hoc præſens Inſtrumentum inueſtituræ mihi fieri iuſſum recepi: & tradidi: ſed alijs prædicti Illuſtriſs. Domini Marchionis negotijs implicitus, illud ſcribi feci: & in hanc publicam formam redigi per ſupraſcriptum Nobilem Nicolinum de Liburno Notarium publicum & Secretarium vt ſupra. & in teſtimonium præmiſſorum me ſubſcripſi cum appoſitione ſoliti ſigni mei.

LITERÆ QVITTATIONIS DVCATORVM

trium millium quingentorum non obſtantibus contentis in Inſtrumento Inueſtituræ.

NOS Ioan. Iacobus Marchio Montisferrati, &c. Harum ſerie ex certa noſtra ſcientia ad requiſitionem circunſpecti viri Laurentij Tarij de Cherio procuratoris & procuratorio nomine Nobilis Georgij de Solario, filij quondam zamini confitemur habuiſſe & recepiſſe à dicto Laurentio, dicto nomine Ducatos tres mille quingentos auri boni, & iuſti ponderis, pro inueſtitura, & infæudatione per nos hodie facta de Caſtro, & Terra Loci noſtri Montiſcuchi in Nobilem Nicoletum de Macetis Procuratorio nomine dicti Georgij. Non obſtantibus contentis in Inſtrumento confecto de dicta Inueſtitura, Renunciamusq; exceptioni non habitorum, & non receptorum per nos à dicto Laurentio dicto nomine ſpeiq; futuræ receptionis dictorum Ducatorum trium millium quingentorum. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſsimus: & Sigilli noſtri munimine roborati. Dat. Caſalis die duodecima Iunij Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo.

Sigillatæ ſigillo prædicti Domini Marchionis in Cera Rubea.

Signatus Antonius.

EXAMEN CONCESSIONIS SVPRASCRIPTAE IN

Illuſt: Camera Regia productum, iuxta cuius rationem per eandem Cameram fæudi poſſeſsio fuit decreta, ac miſsio cum manutentione executa, uocato & non impediente Mag. Procuratore Regio: excepto iure Caſtri & altioris directi dominij, necnon iuribus Magnificorum Dominorum de Griſellis, pro quibus lis in curia pendebat ſuper duabus partibus, ex tribus totius fæudi: & cum quibus poſtea conuentum fuit.

QVI DE Fæudis rectè diſcrere voluerunt, præludijs quibuſdam vocum ſeu terminorum concordiam, velut prohœmio quodam, explorare conſueuerunt. Quod non ſolum Ariſtotelis & Ciceronis ſententia fieri ante omnia conuenire didici, ſed Iureconſultum. in. l. prima. ff. de orig. iur. imitabor: & id faciam, non (quod vulgò dici ſolet) vt Mineruam inſtruam, ſed ne calumniantiũ iniquitati patentior locus relinquatur. Nulla enim eſt in toto iure materia, in qua tam latè paralogiſmis pateat via, ſi indiſtinctè procedatur, quàm in hac fæudorum cognitione. Vt igitur facilius Illuſt. Camera, quid ſentiam, intelligat: ſumma fæudorum genera diſtinguam: quæ vna fæudi appellatione plerunq; compræhenduntur; & quæ licet ferè ab omnibus qui de hac re ſcripſerunt, in fæudorum præludijs diſtingui ſoleant, ego tamen non eorum auctoritate, ſed ex ipſa lege, ſcriptæ conſuetudinis differentias annotabo. Quocirca, vt ab ipſius collectiui nominis ratione initium faciam, Præmitto fæudi collectiuum nomen eſſe; & de proprio fæudo primo & vniuocè prædicari. De fæudo verò recto, quod ex pacto, & hominis prouidentia vulgò appellatur, & quod, ſecundum quid fæudum eſt, analogicè dicitur. At de fæudo quod propriam fæudi naturam non habet, æquiuocè pronuntiatur. Nomen igitur fæudi commune ſpeciebus diuerſis eſt. Vnde iura, quæ de fæudis loquuntur, de proprio fæudo plerunq; intelliguntur. Ideo quid per proprium fæudum intelligam, prius diffiniendum eſt; ac ſubinde quid per rectum, poſtremò quid per improprium & hæreditarium.

ET PRIMO. Proprium fæudum eſſe dico, quod ſolum per inueſtituram conſtitui poteſt, & quod, à legis prouiſione & conſuetudine Italici regni interpretationem ſumit, & liberaliter conceditur: ac veritate facti inſpecta per Pares, iure meri imperij, & non ſcripto, iudicari debet. Probatur cauſa formalis conſtitutionis per inueſtituram in tit. qui. mod. fæud. conſti. poteſt. vbi expreſsè cauetur, fæudum proprium nullo alio modo quàm per inueſtituram poſſe conſtitui. Et ſi per æquipolens fiat, non haberi iure fæudi proprij. Quæ inueſtitura vtiq; pro forma requirit, vt teſtes ſint Pares, id eſt, qui ab eodem Domino fæuda poſsideant: §. teſtes; ſi de inueſti. fæu. contro. fue. & quòd pro fæudo fidelitatem iurent: ver. ſi: de contro. fæud. apud Pares termi.

2 Requiritur, vt reguletur hoc fæudum per naturam precariam, & reuocabilem per conſuetudinem fæudi introductam & legem Lotarij ad maſculos continuatam, vt in tit. qui fæu. dare po. §. & quia vidimus. & §. cum verò Conradus. & quòd nullum pactum corrumpat eam naturam conceſsionis à lege Conradi, & conſuetudine Italici regni introductã. Requiritur, quòd à liberalitate procedat. c. primo. de fæu. dato in vicem. l. commiſſoriæ. ...um quibus modis fæudum amittat. ſicut & precarium, l. prima, ff. de precar.

Quòd

4 Quòd eius fæudi controuerſi iudicium fiat per pares: probatur in titu de contro. fue. per pares termi. Et quòd iudicetur per legem ſcriptam. in. c. pri. de fæudi cognitione. Si igitur plenius diffinire voluerimus, dicemus, quòd fæudum proprium eſt liberalis conceſsio rei immobilis per inueſtituram ſimpliciter adhibitis paribus facta, per eoſdem ex mero imperio moribus regni Italici iudicanda. Hæ ſunt differentiæ ſpecificæ proprij, puri ac ſimplicis fæudi. Nunc de fæudo ſecundum quid, videamus: quod fæudum alteratum vulgò appellatur.

Fæudum autem rectum eſt, quod ex pacto, & prouidentia vulgò dicitur: hoc eſt liberalis conceſsio, que per iuriſgentium conuentionem, ciuilem producit actionem: & que prouiſione hominis ad certas & conuentas perſonas beneficium tranſmittit: & per iudices vel arbitros iure ſcripto iudicatur, & tot modis conſtituitur, quot modis obligatio contrahi poteſt. cap. primo. de nat. rec. fæud.

PRIMO' enim differt hoc fæudum à ſuperiore quia id per ſolam inueſtituram conſtituitur, & non aliter. cap. primo. qui. mo. fæu. conſt. poteſt. Hoc verò etiam alijs modis: vt in tit. de nat. recti fæu. in prin. quæ iura nemo concordabit, niſi ita diſtinguat, vt illud de proprio, hoc de fæudo recto ex pacto, & prouidentia loquatur: quod fæudum alteratum communiter nuncupatur, eo quòd præter communem fæudi rationem pactis alteretur. cap. primo. quid ſit inueſt.

2 Hoc differt à priore, quia illud moderatur, & dirigit ſucceſsionem ſolùm in maſculinam ſobolem à virili ſexu deſcendentem ſecundum legem Conradi, de qua in dicto. cap. primo. qui fæud. dare poſſunt. Hoc, totum pendet ex inueſtituræ tenore, quod præfertur omni fæudorum iuri atque naturæ. cap. primo. de duo. frat. à cap. inueſti. vbi Bald. Et in hoc prouiſio hominis ceſſare facit prouiſionem legis. l. & habet. §. cum quis. ff. de precar. Et ideo hoc arctioribus vinculis obligationis dominum alligat, Id verò pendet ex Domini arbitrio precario. l. 2. ff. de precar. & ſicut ex fonte liberalitatis precarium & donatio procedit, Ita hæc duo fæudorum genera: quorum alterum iudicatur iure pactorum, alterum lege Conradi & conſuetudine fæudorum. cap. primo. de fæud. cogni. quia ſublatum eſt ius Longobardorum.

3 Id iudicatur per pares, hoc verò per iudices vel arbitros vt in tit. de inueſt. in mari. fact. cap. primo. ſi de fæud. vaſſal. ab aliquo interpel. fue. nimirum, quia ſi fæudum ematur, donetur vel permutetur, ciuilis obligatio ex eo contractu naſcitur, & naturalis ex iuriſgentium conuentione: ideo per iudicem, vel arbitrum de iure ciuili iudicatur. Hoc eſt, quod dicit Obertus in cap. primo. de fæud. cogni. quòd cauſarum fæudalium, aliæ iure Romano, aliæ legibus Longobardorum, aliæ regni Italici conſuetudine dirimuntur. Fæuda igitur in quibus contrahitur obligatio, iure Romano deciduntur per iudices, quorum poteſtas eſt (vt ait Alicarnaſæus in vita Seruij Iulij) cognoſcere, an facta legibus reſpondeant, & Iuriſdictionem ſub legum auctoritate exercere. l. prima. ff. ad S. C. Turpi. ea enim ſunt iuriſdictionis, quæ legis auctoritate geruntur, ea verò imperij, quæ imperio magiſtratus exercentur ſupra legis auctoritatem. l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſigni. vnde hæc fæuda conuenta precio iure cõtractus iudicantur vt per Iaſ. pri. vol. conſi 58. nu. 3.

Poſtremò hoc fæudum rectum ex pacto, & prouidentia, quod alteratum fæudum eſt, & ſecundum quid, differt à tertia ſpecie fæudi, quod non ſolum alteratum eſt ſed corruptum: & dicitur fæudum non habens naturam propriam fæudi, differens ab improprio fæudo eo quòd id non poteſt inuito Domino alienari, ne Dominus alium habeat vaſſallum, quàm quem voluerit. cap. primo frat. de nouò. bene inueſt. Hoc verò confertur in accipientis arbitrium: vt etiam poſsit allodij iure inſcio Domino alienari. cap. primo. de fæudo non habente propriam naturam fæud. & in titu. ſi de fæud. defuncti contro. oriatur. §. Domino comittente felloniam verſic. fæudum Bald. in prohe. fæud. nume. 19. Ideo autẽ id fæudum rectum appellatur, quod ex Domini concedentis arbitrio & voluntate tranſit recta via ad certas perſonas, de quibus conuenit, & non confertur in alterius arbitrium. Quòd autem ex Domini voluntate dominium tranſeat recta iuxta. l. à Titio. ff. de furtis

in notabilibus inueſtituræ dicemus. Nunc hæc præmiſiſſe ſatis eſt, vt quid per feudum ſimplex & proprium ex prouidentia. l. procedens, & quid per feudum rectum ex pacto & prouidentia hominis ſeu contrahentium alteratum intelligamus, & quid per improprium ſeu hæreditarium feudum, quod ex prouidentia teſtatoris, vel aliter diſponentis, deuoluitur præter determinatam concedentis voluntatem & feudalis iuris diſpoſitionem, & quod etiam allodij iure poteſt alij dari, niſi actum ſit, vt ſaluo iure feudi alienetur: nam hæc feuda conuentionibus & pactis aſtricta, recedunt à natura feudi vt per Bald. in titulo. de feud. non habente propriam naturam feudi. Vndè paſſim legitur fœminas, & fratres in feudo nouo non ſuccedere, niſi ex pacto. cap. primo. §. hoc autem notandum in tit. de ſucceſ. fratrum cum concor.

Poſtremò præmitto quod feudum proprium cauſat officium iudicis inter Dominum & vaſſallum. §. fin. de milit. vaſſal. qui contumax eſt. Vel actionem in factum, vt ibi.

Feudum verò emptitium, actionem ex empto, que eſt bonæ fidei. §. ſi vaſſallus ſi de feud. defuncti fue. controuer. & in titul. de controuer. inter do. & empt. feud.

Feudum verò ſtipulatum actionem ſtricti iuris, ſicut ſtipulatio. c. primo de feud. non haben. prop. natu. feu. quia eatenus derogatur, quatenus per ſtipulationem exprimitur. in cæteris verò naturam ſeruat.

Si detur feudum, vt aliquid fiat: condictio cauſa data oritur, ſi non fiat: de feu. ſine culpa non amitten. in princi. Item condemnatur interdum dominus præcisè ad factum. §. ſi facta. ſi de feu. defun. contro. fue. & hoc, ſi feudum ſit conuentionale, aliàs ſatis eſt, ſi vtilitatem præſtet, ſeu rem æqualis extimationis: quòd ideo ibi conceditur, quia feudum proprium eſt. vt in titu. ſi vaſſallus de feud. interpel. Et in ſumma, tot actiones competunt pro feudo, quot contractus de feudo improprio fieri poſſunt. §. ſed quia natura. quæ fuit prima cau. benefic. amitten. & ideo mutuæ obligationes ad omnes hæredes tranſeunt, etiam negotiorum geſtorum ad melioramenta, ſeu hypothecaria. vt in. §. hic finitur lex. Hic omnes ſentiunt feuda emptitia, donata, permutata cum domino, aut aliter alterata, ad fœminas regulariter iure ſucceſsionis deuolui, ſicut obligationes tranſeunt.

His prælibatis, venio ad contractus examen, & in ſumma nil aliud actum eſt, quàm quòd Illuſtriſs. Ioannes Iacobus Marchio ſub modo & pactis adiectis donationi, dedit, donauit, & tradidit Domino Georgio Solario abbauo noſtro Caſtrum, Villam cum pertinentijs Montiſcuchi, cum omnibus iuribus, ſaluo tantum ſibi iure directi altioris dominij, & appellationum, ac recurſus: cui donationi pactum adiecit, quòd omnes Georgij deſcendentes ſecundum iuris communis diſpoſitionem, ſuccedant eidem Georgio in infinitum gradatim, & ordine ſucceſsiuo, cum poteſtate faciendi quicquid voluerint de dicto feudo, ſaluo tantum iure feudi, & ſuperioritatis: inueſtiendo eundem Dominum Georgium organo ſui procuratoris de eodem feudo.

Diuiditur autem hic contractus in tres partes principales: in prima parte declarat perſonam donantem, cauſam propter quam donat, rem, quam donat, perſonas quibus donatur, & qualitatem rei que donatur, & quid facere poſsint illi, quibus res donatur de rebus eis donatis. In ſecunda verò parte ponit pacta & modos ſuccedendi his, quibus donatum feudum fuit, & moderatur ſeruitia, quæ pro feudo debentur: vt poſsint etiam per fœminas præſtari, cum clauſulis alterantibus naturam & concedentibus facultatem contrahendi, teſtandi, diſponendi & faciendi quicquid vellent de rebus eis donatis, iure tamen feudi ſaluo. Tertiò inueſtiuit procuratorem Domini Georgij de dicto feudo donato, cum pactis & conuentionibus & clauſulis propriam naturam feudi alterantibus: ita quòd hoc feudum dicitur propriè feudum alteratum ex pacto & prouidentia, iure recti feudi donatum. vt in ſimili declarat Pari. conſil. 4. per totum.

Caſum ita fuiſſe ex antiquis documentis mihi colligo. Procurator Domini Georgij abſentis commemorauit multa ſeruitia: quæ præſtita fuere per Dominum Georgium Illuſtriſsimis Marchionibus, & expoſuit, ſicuti maiores ipſius Illuſt. Domi. Iacobi iure belli deleuerant Caſtrum, & Villam Auergnani, & in deditionem à militibus Cherij acceperant Caſtrum & locum Montiſcuchi, quæ loca ad ipſum Dominum Georgium ex inueſtituris Reuerendiſsimorum Epiſcoporum Taurinenſium, vnà cum Caſtris Louenciti, Montiſrotundi,

tiſrotundi, & Montiſ belli, ſuis maioribus fuerant in fæudum per maſculos & fœminas conceſſa: & attento quo'd dominia vtilia priuatorum non debent amitti ex bello inter principes, dictus Procurator rogauit, vt dignaretur Illuſtriſs. Marchio dicto Domi. Georgio gratiam facere, & iura, quæ prætendebat in dictis Caſtris, eidem donare: Cui Illuſtriſs. Marchio dixit, ſum equidem contentus, ſi vobis ſpectat, hoc fæudum concedere: oſtendite quomodo vobis ſpectat? Tunc contra' ipſe procurator exhibuit inueſtituras Epiſcopales cum inſtrumento ſententiæ latæ contra illos, qui tradiderunt Caſtrum Montiſcuchi, & inueſtituram fæudorum Montiſrotundi, Montiſ bellli, & Louenciti, ex ſucceſsione materna ad Dominum Georgium deuolutorum, dicens, ecce ex iſtis inueſtituris & poſſeſsione partis, conſtat hæc fæuda eſſe paterna, & ex inueſtitura Epiſcopi prima, quæ nominat fæuda Montiſcuchi; Montiſiouis, ſeu Vergnani, Montiſrotundi, Montiſ belli ſicut alia fæuda, ad Dominum Georgium deuenire iure ſucceſsionis: Sic etiam & fæuda, quæ vos per bellum accepiſtis. capit. primo, §. cu'm autem ſi de inueſt. fæud. controuer. fue. vbi ex poſſeſsione partis præſumitur paternum, & l. ſiue poſsidetis. C. de probat. Tunc conuocatis proceribus & prudentibus, conſilio ipſorum Illuſtriſs. Domi. Ioannes Iacobus Marchio dixit. Ego memoria quidem repeto grata ſeruicia: ſed nolo quod fiat mentio de antiquis inueſtituris Epiſcopi, ne videar approbare eius iura, quia ego ſum inueſtitus de regno italico, & de acquiſitis, & acquirendis donatis Aledramo. volo etiam quo'd redimatis fæudum, ſi vultis quo'd pertineat ad fœminas, & volo, quo'd detis mihi ducatos tres mille & quinque centum: iuxta titulum quemadmodum fæud. ad fœmi. pertineant, & ego faciam vobis quittationem ad partem de dicta ſumma, & faciam vobis donationem de quibuſcunq; iuribus meis, cum pactis declaratiuis, & expreſsiuis tenoris inueſtituræ Epiſcopi, de qua tamen nolo fieri mentionem: ſed ſufficit quo'd erit vobis effectualis recompenſatio veſtræ pecuniæ, & ſeruitiorum. Et quia vultis quo'd fæudum Montiſcuchi pertineat ad omnes veſtros deſcendentes perpetuo', & in infinitum, etiam filios ſororum, apponam pactum, quo'd tranſuerſales non poſsint ſucceder e, nec aſpirare, quia eis prouidebitur de fæudo Vergnani: Igitur vos poteritis bene notare omnes clauſulas, & videbitis, quo'd hoc fæudum in effectu non erit diuerſum, ſed idem, & eiuſdem naturæ, cuius erat fæudum Epiſcopi. Quibus reſolutis ita fuit concluſum, & contractum, inter Illuſtriſs. Marchionem ex vna, & procuratorem nomine Domini Georgij & omnium & quorumcunq; ſuorum deſcendentium ex alia, & rogatum inſtrumentum cum clauſulis & obligationibus, &c. Quo caſu expedito, expedit notare circa clauſulas quædam pro faciliori reſolutione dubiorum.

NOTO *igitur primo ibi*, IN NOMINE DOMINI. Quo'd in iudicando contractu, ad veritatis lucem Dominum Deum, mentem atq; oculos debemus attendere: non ad principum aſſentationem. Ideo recte' exorditur Socinus interpretationem inueſtituræ. conſil. 78. & alibi ſæpe in cauſis ſtatus; & eam Dominus omni ſtudio inueſtigare debet ad vaſſalli commodum, vt in titu. de conten. inter Do. & vaſ. de inueſt. fæud. Et in titu. quid ſit inueſtitura. & de notis fæud. §. notandum. & non permittere vt cum veritate dicatur de Illuſtriſs. DD. Noſtris, quod dicit Bald. in cap. eccleſia. S. Marie. extra. vt lit. penden. & Bru. conſil. 8. nume. 22.

2 Noto ibi, præſentibus teſtibus, nume. 2. Quo'd teſtes partim erant extranei, & partim domeſtici: & nemo eorum legitur dominus, aut condominus alicuius loci, & ſic apparet eos fæudum non habere, vnde pares dici poſsint. cap. primo. vbi Bald. ſi de inueſtit. lis oriatur, & conſequenter probatur, quo'd hec inueſtitura, cui extranei teſtes ſunt, adhibiti non eſt conſtitutio noui fæudi, ſed iam conſtituti fæudi donatio: per tex. in c. primo. per quos fiat inueſt. §. noua qui teſtes ad proban. nouam inue. ſunt neceſ. Vnde videtur continuatum fæudum Epiſcopi in Mag. Dominum Georgium, & non de nouo conceſſum, cum pares non ſint adhibiti teſtes, nec ſeruata forma a' iure requiſita ad conſtitutionem fæudi proprij de nouo: & ita in ſimilibus terminis conſuluerunt Franc. de Cur. conſil. primo. poſt tract. fæud. Iaſon. Soc. & Campe. inter conſil. Bru. conſil. 9. 10. 11. per totam priorem partem.

3 Noto ibi, Illuſtriſs. Princeps. Quòd contractus principis habet vim legis, & transmittit dominium ſine traditione. l. poen. C. de dona. inter vir. & vxor. & fæudum contra naturam & formam iuris, in perſonam incapacem transfert: ſic per contractum donationis præſentis, contra formam iuris fæudalis ad perſonas fæudi, aliàs ad fæudum inadmiſsibiles, transferre debet principis liberalitas. Nam contractus principis ſunt Bo. ſi. Goza. conſil. primo. nume. 43.

4 Noto numero. 4. ibi, corde retinens grata ſeruicia. Quòd bene merita præceſſerunt donationem, & maximè quia ſeruicia de burſa magis extimantur, quàm de perſona. l. hæ operæ. §. durum. ff. de oper. liber. Vnde apparet obligationem naturalem præceſsiſſe, quæ impedit repetitionem. l. naturaliter. ff. de condic. inde. l. nam natura. C. eo. non enim debet rem & pecuniam, & melioramenta retinere, vnde auferri non debuit remuneratio, & quando princeps remunerat dando fæudum, dicitur habilitare ad fæudum Ang. in. §. idemq; iuris Inſtit. quibus ex cauſis manumitt. non licet. Iaſon. in l. Barbarius. ff. de offic. præto. nume. 14. l. quidam conſulebant. ff. de re iudicata. vnde non poteſt allegari inhabilitas perſonarum.

5 Noto ibi, numer. 5. pro præmiſſorum remuneratione. Quòd, hec eſt donatio remuneratoria, que ad omnes hæredes, etiam fœminas, irreuocabiliter tranſit: etiam in cauſis à iure expreſsis. l. Attilius regulus. ff. de dona. l. ſed ſi lege. §. conſuluit de peti. hæred. late Tiraquel. in l. ſi vnquam in ver. donatione largitur numer. 11. C. de reuoc. donat. Vnde pariter fæudum donatum irreuocabile fit, in caſu iuris fæudalis, & ad quemcunque tranſit, qui deſcendentium appellatione continetur, & ex donatione præſertim remuneratoria etiam ad fœminam pertinet Deci. conſil. 53. & 390.

6 Noto ibi, nume. 6. vt Georgius & ſui poſteri intelligant. Quòd ea remuneratio facta fuit Domino Georgio & poſteris, quorum appellatione etiam fœminæ, & earum liberi compræhenduntur Pari. conſil. 88. nume. 13. ſecunda parte. Deci. conſil. 269. Butri. conſil. 9. Ancara. conſil. 339. & 341. Pari. primo. volu. conſil. 20. nume. 12. Ergo & ipſis ſupplicantibus donatio facta intelligitur, cum compræhendantur ſub verbo generali poſteris, quibus ſucceſſores Illuſtriſs. Marchionum tenentur integrare remunerationem. c. per tuas extra. de dona. in infinitum iuxta promiſſa.

7 Noto ibi, numero. 7. vt poſteri cum effectu percipiant remunerationem. Quòd Illuſtriſs. Princeps voluit donationem ſuam effectualem eſſe, non eluſoriam, vndè habet locum reg. iur. Cuius effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad vniuerſos pertinent. Igitur & ad ipſos poſteros pertinet donatio, cum etiam in materia ſtricta omnes poſteri, etiam ex fœminis intelligantur. Rui. ſecundo volumi. conſilio. 22. numero. 14. attentis etiam verbis, quibuſcunque deſcendentibus maſculis: & verbis, omnes deſcendentes: ad quos voluit effectum remunerationis peruenire.

8 Noto ibi, ex certa ſcientia, conſultè & prouidè. Nam ea clauſula derogat iuri fæudorum fœminas excludenti, & æquipollet clauſulæ Non obſtante tali lege, vt per Bald. in l. omnes. C. de quadrien. præſcript. l. item Vulpianus. §. ſunt & alij. ff. de excu. tuto. vbi Bart. Bald. & alij, & diſpenſat inhabiles ad ſucceſsionem, & de incapace capacem facit. vt per Bald. in l. bonorum ſecundo not. C. qui admitti. vt igitur dicta clauſula aliquid operetur, intelligitur habilitaſſe & compræhendere (attenta maximè generalitate verborum, & iuris communis diſpoſitione, iuxta quam omnes deſcendentes ad ſucceſsionem vocauit) etiam maſculos ex fœminis: dicendo, quibuſcunque maſculis deſcendentibus, & omnes deſcendentes. Alioqui ſi de ſolis agnatis intelligamus, ocioſa foret clauſula, & fruſtra occuparet membranam.

9 Ponderanda ſunt verba, Procerum & Conſiliariorum accedente conſilio. Quæ excludunt omnem iuris errorem, & liberalitatem comprobant, & extendi faciunt ad omnes perſonas, quæ de iure communi veniunt appellatione deſcendentium, & de quibus in authentico. de hæredibus ab inteſtato venientibus, & infra latius dicetur. Nam donatio de fæudo, adhibitis proceribus valet, vt in titulo. de notis fæudorum poſt principium.

10 Ponderanda ſunt verba, per ſe & ſuos hæredes. Quæ verba transferunt obligationem

implem

implementi & obſeruantiæ etiam ad Illuſtriſ. Dominam & eius Illuſtriſ. filium ſucceſſorem & hæredem: vt per Soci. Iunio. conſi. 42. vol. 3. Pari. conſi. 21. volu. primo. Gratum conſil. 9. ſi igitur obligantur ipſi hæredes, non poſſunt facto defuncti contrauenire. l. cum à matre. C. de rei vendic. Quinimò cum hæredum appellatio communis generis tranſmittat obligationem paſsiuam ex parte donantis ad fœminas, & fœmineam prolem: ſic donatio actiuè facta, debet conferre effectum donationis ad fœmineam prolem ex parte accipientis: vt vna determinatio vniformiter determinet, & correlatiuè ſibi mutuò reſpondeant actio & obligatio, que eſt vt Illuſt. Domina præſtet, vt omnes deſcendentes in infinitum perpetuò cum effectu percipiant remunerationem, quam præſtare tenetur, quòd quidem non faceret auferendo rem donatam.

11 Cauillari non poſſunt verba dat, donat, & tradit, dedit, donauit, & tradidit: Quæ ſonant veram & perfectam donationem, & quæ latiſsimè interpretanda ſunt, vt deciditur in c. cum dilecti extra de dona. vbi dicitur donationem eſſe, non fæudum, aut foreſtam. idem in c. per tuas in fæud. deciditur: & latius infra probatur: & quòd hec ſit vera donatio ſub modo, probat text. in l. ſecunda & tertia. C. de donat. quæ ſub modo. Hec igitur donatio ad quoſcunque hæredes, etiam maſculos fœminarum, donationis officium tranſmiſit. l. veteris. C. de contrahen. & commit. ſtipul. Sic & pacta. l. talè pactum. §. fin. ff. de pac. Deci. conſil. 53. & 390. & alij, de quibus in prima. q. infra.

12 Noto ibi, quibuſcunq; deſcendentibus naſcituris, &c. Quòd hec dictio quibuſcunq; eſt duplex collectiua, que deſiderat duo verba, vnum eſt verbum donat, aliud eſt verbum naſcentur, quod implicat hoc participium naſcituris. Igitur quemadmodum dicta dictio attribuit effectum primi verbi inſolidum Do. Georgio, ita etiam omnibus deſcendentibus ordinæ ſuceeſsiuo inſolidum, & eorum cuilibet inſolidum attribuere debet: ſed ſi res ſit, quæ multiplicari non poſsit, concurſu faciunt partes, & ius acceſcendi inter eos cauſatur. vt declarat Bart. in l. hoc articulo. ff. de hæred. inſti. ergo omnes maſculi deſcendentes, etiam per fœminas debent effectum donationis ſentire, virtute duplicis diſtributiui, & ita appellatione deſcendentium maſculorum, etiam ſine dictione quibuſcunq;, in fæudis vocari: & venire etiam maſculos ex fœminis. aſſeuerat Bald. in c. primo. per eum text. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſc. & fœm. & in c. imperialem de prohi. fæudi alie. per Fede. qui text. iuncta auctoritate Bald. ſufficere debrret ad præſentis cauſæ deciſionem. Et quòd dictio quibuſcunq; contra naturam fæudi admitti faciat etiam inhabiles, tenet Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. Antonius Rubeus Alex. in rep. l. quæſitum. §. ſed ſi quis nu. 19. ff. ſi quis cau. & in l. gallus. §. quidam rectè col. 5. Rui. in l. hoc edicto. §. nunciatio nu. 117. ff. de noui oper. nun. qui expreſsè vult, quòd in hominis conceſsione dictio quibuſcunq; non reſtringatur ad habiles, etiam in fæudali conceſsione: ſed omnes compræhendat, præſertim maſculos ex fœmina: & maximè quando ſunt deſcendentes teſtatoris. Crottus in §. nunciatio nu. 35. ff. de oper. no. nun. Vnde negari non poteſt, quin etiam donatio ſubordinatè facta non ſit ipſis maſc. ex fœminis deſcendentibus: cùm dictio quibuſcunque deroget naturæ fæudorum & alteret naturam fæudi: nec reſtringatur ad habiles Franc. Cur. conſil. primo. poſt tracta. fæud. col. 2. & 3. Bald. primo. volu. conſil. 119. Soci. inter conſil. Bru. conſil. 10. nu. 4. Nam diſpoſitio ſemel reſtricta ad certam ſpeciem, puta ad maſculos, habilitat omnes ſub dicta ſpecie fauorabili tenore, excluſo conſuetudinis fæudalis rigore.

13 Facit quia ipſi ſunt deſcendentes maſculi procreati ex Georgio & deſcendentibus maſculis: & eis conueniunt verba diſpoſitionis, & conſequenter donatio eis quoq; facta intelligitur, & reſtringi non debet ſignificatio verbi, ſed pacti vis extenditur, quantum verbi ſignificatio porrigitur per text. in tit. de fæud. non habente propriam naturam fæud. & ibi Bald. Alua. Iſernia & Præpo. not. idem tenent Iaſ. Soci. Campe. inter conſil. Bru. conſil. 9. 10. 11. Cur. conſil. primo. poſt tracta. fæud.

14 Noto ibi, nobile, gentile & rectum fæudum num. 15. Quòd donatum fuit fæudum Montiſcuchi tanquàm antiquum fæudum, & quod fuit à maioribus & anteceſſoribus Do. Georgij poſſeſſum: Ita quòd verbum Nobile importat idẽ quod antiquum, vt declarat Bal. in prælu. fæud. quinta diff. principali. ver. alia diuiſio, & Decius conſil. 51. nu. 2. Et ſic apparet hoc fæudum donatum fuiſſe, vt fæudum maiorum, & tanquàm antiquitus ab Epiſco-

po conſtitutum: facit vtiq; verbum gentile, quod communis generis fæudum ſignificat, & in eo fœminæ ſuccedunt & veniunt appellatione deſcendentium. vt per Paris. primo volu. conſi. 4. nu. 35. & 36. ſimiliter rectum fæudum dicitur, quod auferri non poteſt ſine culpa, & quod perpetuum eſt. cap. primo. de natu. fæud. Vt declarat Iac. in præiu. fæud. nume. 81. Cur. 8. quæſtio. primæ. quæſtio. principal. & licet dicatur rectum in inueſtitura, tamen in fæudo improprio impropriatur, & fœminas non excludit. vt per Pari. primo volu. conſi. 4. num. 18. Et ibi rectum fæudum, ſignificat modum continuandi fæudum iam acquiſitum & acquiſitionem & mandatum de intrando poſſeſsionem. vt in titu. de natur. rectu fæudi, & non ſignificat modum fæudi de nouo conſtituendi. cap. primo. quib. mo. feud. conſti. poteſt. ergo non eſt hoc nouum fæudum.

15 Noto ibi numer. 16. & cum omnibus & ſingulis domibus, &c. Et numer. 17. iuribus rationibus & actionibus & alijs quibuſcunq; pertinentijs. Et num. 18. ſpectantibus & pertinentibus quomodocunq; & qualitercunq; ipſi Caſtro & loco ſeu ipſi Illuſtriſs. Do. Marchioni: Quòd per ea vniuerſalia diſtributiua duplicia toties repetita apparet translatū omne ius plenioris vtilis dominij, quod vel præſcriptione, vel alio iure ſeparari poteſt à quodam iure directi altiq; & vniuerſalis dominij: & ſimilis ei dominio, propter quod Imperator dicitur Dominus vniuerſalis & altus totius mundi: quod directum & altum dominium eſt vniuerſale & abſtractum, de quo per Bald. & Doctores in l. bene à Zenone. C. de quadri. preſcrip. & in l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam de iactu. Cætera verò iura ſucceſsionis & deuolutionis retractus feudalis, & alia quæcunq;, & præſertim illud vtile dominium donatum videtur quod præſcriptione acquiritur: cuius virtute ſucceſsio fæudalis auocat rem conceſſam à fœminis & fœminea prôle, de quo per Bald. in dicto titu. de fæud. non haben. prop natu. fæud. nu. 5. & maximè quia donatiò, & conceſsio eſt latè interpretanda. c. conſuluit extra. de dona. vnde per reſeruationem ſolam altioris directi dominij, videtur etiam remiſſum illud ius ſucceſsionis, quod non eſt connexum alto directo dominio, ſed baſſo. vt ibi declarat Bald.

16 Notò ibi nu. 19. iure directi alti dominij & ſuperioritatis & fæudi ſaluo. Quòd ex hac reſeruatione transfertur omne ius, excepto iure expreſsè reſeruato: ſiquidem reſeruatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè intelligenda, cum liberalitati aduerſetur: & reſeruatio nihil ponat, ſed tantum præſupponat ipſum Illuſtriſs. Marchionem habuiſſe iura reſeruata: & reſeruatio non eſt contractus, ſed ſolius reſeruantis aſſertio pacto nudo facta. vnde ſufficit, ſi in minimo verificetur: ideo arctiſsimè intelligenda eſt. Præterea reſeruatio altioris directi dominij & iuris fæudi indefinita, de neceſsitate non includit ius àuocandi fæudum à fœminis, & earum liberis: cum ſit qualitas accidentalis fæudi, quæ non præſumitur. l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Et ideo ex reſeruatione non probatur hoc ius competijſſe, maximè attenta originali natura fæudi, & inueſtitura Epiſcopi: per quam conſtat hoc ius non ineſſe ei fæudo ac directo dominio ab origine, & non conſtat Epiſcopum (à quo ius habet Illuſtriſs. Marchio) id ius habuiſſe. Vnde per ſolam reſeruationem non fuit inductum aut cauſatum hoc ius. Quinimo cum ſit triplex directum dominium, altum, medium, & baſſum, argumento eorum quæ tradit Bar. in l. imperium. de iuriſd. om. iud ſolū hic reſeruatur altum dominiū directum. Et directum medium & baſſum cenſetur cum cæteris iuribus per donationem translatum in D. Georgium & ſuos. Id ſentiunt gl. & Bal. in d c. primo de fæud. non haben. propr. natur. fæud. vbi dicitur, quòd licet dominium directum tranſeat, iure tamen fæudi cenſetur, ſi dictum ſit, quod is cui dederit, habeat pro fæudo: ad eum effectum, vt ex ijs culpis amittatur, quibus fæudum amittitur: & hoc eſt ius fæudi, quod reſeruatum legitur, non ius ſucceſsionis diuerſum à iure amiſsionis. vt in tit. de fæud. ſine culpa non amitten. Amiſsio enim à culpa, ſucceſsio verò à caſu procedit: & ſic vnius reſeruatio, eſt alterius conceſsio arg. l. cum prætor. ff. de iudi.

Item noto ibi, ſaluo iure fæudi. Quòd ea verba ſunt appoſita, vt non liceat alienare niſi in fæudum, & tanquam fæudum. Nam alioqui ſine ea reſeruatione liceret alienare etiam in alodium. c. primo. de fæud. non haben. propriam natu. fæud. & §. Domino committente fellоniam ver. fæudum. ſi de fæud. defun. contro. fue. Et ideo hæc reſeruatio facit, vt remaneat

fæudum

fæudum rectum ex pacto, & prouidentia. d. cap. primo. in finalibus ver. de fæud. non haben. propriam natur. fæud. de qua in tit. de natu. fæu. vt ſcilicet. ex culpa amittatur, & ſine ea non auferatur. vt in tit. de fæud. ſine cul. non amit.

17 Notandum eſt ibi nume. 22. Ad habendum, tenendum, & quicquid ipſo Georgio & deſcendentibus ſuis maſculis perpetuò placuerit faciendum: Quòd ex hac facultate alienandi, ſaluo iure fæudi, licitum eſt pro dotibus dare, vel pro nobis iure fæudi habere & tenere, prout datum fuit ad habendum, tenendum. Et ſi dicatur, quòd ea verba debent intelligi de deſcendentibus maſculis, ex maſculis tantum & immediatè, dico quòd non, per notata per Bald. in titu. de eo qui ſibi, & hæredib. ſu. maſcu. quia deſcendentes ex fœmina propriè & verè dicuntur deſcendere ex Auo vt prædictum eſt: ſed hic per concedentem non reſtringitur hec habendi facultas & poteſtas diſponendi: Et ideo hoc pactum debet operari amplificationem donationis, vt ibi Bald. Aluaro. Iſer. & alij notant. Et dato quòd hec facultas data eſſet tantum Georgio, & filijs maſculis: ex quo Dominus Georgius diſpoſuit, & expreſsè liberorum ſuorum bona hypothecauit pro dotibus filiarum eorundem, & eas voluit dotari de bonis parentum ſuorum: & pariter Dominus Ioanninus eius deſcendens maſculus vtiq; ſubſtituit ipſos Dominos Purpuratos, & Scarauellos, & Macetos eius deſcendentes maſculos ex fœminis. Pariformiter Dominus Bernardinus ſubſtituit eius ſorores indotatas, & legauit pro earum dotibus Scutos ducentum pro qualibet: & Dominus Octauianus pariter dedit iure hypothecæ dotalis grangiam Domino Nicolao Prouanæ: Qui omnes maſculi deſcendentes diſpoſuerunt & fecerunt, quod facere voluerunt de dicto fæudo in deſcendentes fœminas, à quibus hoc fæudum antiquis & nouis pactis impropriatum, deuolutum eſt ad ipſos agentes ſupplicantes, icciro nullo iure licuit, eis fæudum & fæudi poſſeſsionem auferre, & contrauenire pacto faciendi quicquid vellent dictus Georgius & ſui. Non enim licet hæredi auferre id, quòd ex defuncti voluntate, & conuentione tenetur conferre. per text. in c. per tuas extra de dona.

18 Noto ibi, nume. 23. Cum omni iure, & actione, vſu fæudi, ſeu requiſitione, ipſis rebus, ſeu ipſi Illuſtriſs. Marchioni quomodolibet cōpetentibus, & pertinentibus. Quòd ex generali clauſula repetita, poſt conceſſam deſcendentibus facultatem diſponendi de fæudo donato, facta fuit ceſsio, & remiſsio omnis iuris, per quod contrauenire potuiſſent Illuſtriſs. Marchio & ſui hæredes donationi ac conceſsioni, & diſpoſitioni, & omni actioni reuocatoriæ, & reſciſoriæ, & omni hypothecæ, & iuri reali: Ita quòd res illæ per Georgium & eius liberos legatæ, & per fideicommiſſum relictæ iure legari potuerunt, & hypothecari, & per fideicommiſſum relinqui, maximè deſcendentibus vocatis & compræhenſis in inueſtitura & donatione, præſertim pro fauorabili cauſa dotium: & recta via ex legato eorum tranſiuit ad legatarios dominium. l. a'ticio. ff. de fur: Et hypotheca. l. fin. C. communia de leg. nec requirebatur alia licentia, dummodo iure fæudi, legatarij illud quod legatum eſt, habeant: & ex culpa non amittant: prout iugiter abſtinuerunt. Quòd autem tale fæudum, quale eſt hoc, quod eſt improprium, & ex pacto & prouidentia & conuentionibus ac pactis alteratum, dari poſsit pro dotibus, cum ſit perpetuum & alienabile, tenuerunt vigore dictæ clauſulæ quicquid voluerit faciendum Pari. primo. vol. conſi. 16. nu. 31. Rui. primo. vol. conſi. 163. Sigiſmondus Neapoli. couſi. 32. nu. 6. vbi non ſolùm filiæ, ſed etiam ſorori. & ex argu. in tit. an mari. ſucce. vx. in benefic. & in tit. de inue. quam ticius acce. à ſempro. Hypol. de Marſil. in l. extra territorium nu. 71. Pari. primo volu. conſil. 3. nu. 460. Iaſ. conſil. 89. & 66. primo volu. & 2. vol. conſi. 231. Deci. conſi. 586. nu. 7. & 144. nu. 2. Alexandri. conſi. 59. nu. 4. tex. in c. nuper primo rñ. de dona. inter virum & vxorem à contra. ſenſu. D. Ardizonus in ſumma qui. mo. fæu. amit: Præpoſitus & Doct. in §. donare, qualiter olim fæu. alie. po. Iacobinus in verbo, ita tamen quòd dicti vaſſalli. ſed hodie eſt deciſum per conſtitutionem Federici vt refert Afflictus in d. §. donare. Rota. Deci. 991. & ex præmiſsis, attenta maximè natura & origine fæudi fœminei & alienabilis, & clauſula, ad faciendum quicquid voluerit, conſtat fæudum etiam ex cauſa dotis alienari maximè in deſcendentes potuiſſe, præſertim inextimatum & pro dote: & hoc vigore antiquæ inueſtituræ, vt docent Soci. inter conſil. Bru. conſil. 10. nume. 5. Cur. d. conſil. primo. col. 4.

19 Redeo ad fœudi confinia, & noto ibi nu. 20. Fæudo Montiſcuchi cohærere fæudum Louenciti, Montisbelli & Montiſrotondi: Quòd hæc fæuda cum fæudo Montiſcuchi in Inueſtitura Epiſcopi vnica conceſsione & ſecundum eandem naturam conceſſa leguntur anteceſſoribus Do. Georgij, vnà etiam cum fæudo Vergnani, & alijs fæudis, in fæudum fœmineum & alienabile: cum poteſtate faciendi quicquid fieri debet de dicto fæudo, ſine contradictione Reuerendiſs. Domini Epiſcopi: ſed dotare filias eſt naturale debitum. l. cum ratio. ff. de bonis damna. ergo id fieri debuit.

Secundo noto, quòd in Inſtrumentis diuiſionum apparet, quòd dicta fæuda cum fæudo Montiſcuchi deuenerunt ad Do. Georgium & eius liberos, & quòd illa poſſederunt, & & quòd nouiſsimè dicta fæuda cohærentia peruenerunt ad DD. Scarauellos, vt notorium eſt, & ex actis conſtat: & quòd ipſi adhuc ea fæuda notoriè poſsident iure dotium & ſucceſsionum maternarum, & alienationum factarum in fæudum fœmineum, & alienabile: cum ergo poſsideant partem prædictorum fæudorum Reuerēd. Do. Epiſcopi, non obſtante mutatione directorum dominorum (quia directum dominium fæudi Louenciti ipſi DD. Scarauelli tenent immediatè à Sereniſsimo Duce Sabaudiæ: fæuda verò Montiſrotundi: & Montisbelli à Communitate Cherij, ſobrogata loco Epiſcopi) & æquè conſtet fæudum Montiſcuchi dictis fæudis cohærens & connexum fuiſſe: & ex Inueſtitura Epiſcopi originaliter proceſsiſſe, non debet diuerſo iure cenſeri, nec medium ab extremis diuerſum eſſe, iudicari: quinimo poſſeſsio ſola alicuius partis epiſcopalis fæudi, attrahit ad ſe poſſeſſionem reſidui: & ſufficienter probat, etiam in petitorio, fæudum hoc fuiſſe auitum, & paternum per text. in §. cum autem de contro. inueſtituræ. & in §. domino committente, verſiculo fæudum, ſi de fæud. defun. contro fue. Vbi in dubio debet vaſſallus de eo inueſtiri, & pars vna eius naturæ ſicut alia, iudicari: maximè cum Domini Scarauelli non ſolum per annum poſſederint fæuda vicina & cohærentia Louenciti, Montiſrotundi, Montisbelli, ſed etiam ab immemorabili æuo, iuncto maximè tempore auctorum: necnon & grangias ad Iuſtitiam & in Burgo vltra triennium. Quinimo per literas Marchionales probauerint, quòd Illuſtriſs. Marchiones pro dicto fæudo habuerunt cambium in pecunia videlicet 3500. ducatos: quo caſu debent obtinere. & ita Iſernia & Aluarotus notant in dicto. §. cum autem de contro. inueſtituræ. Vnde non debet Dominus vtrunq; retinere, ſcilicet fæudum & pretium, ſed debet alterum reſtituere: vt in tit. de fæud. datis mini. valuaſs. & in tit. qui fæu. da poſſunt in fi & in tit. de duo. fra. de no. benefic. inueſtit. in fi. & hoc ſolum ſufficere deberet, ſed cum ex inſtrumento inueſtituræ & alijs cauſis probetur hoc fæudum eſſe tranſmiſsibile etiam ad fœminas, neſcio vnde oriatur hæc dubitatio, que (vt Cicero ait) meditationem ſignificat iniuriæ: nec colore aliquo excuſari poſſet: maximè in cauſa reſtitutionis & poſſeſſoria, in qua non requiruntur tam exquiſitæ probationes, aut diſcuſsiones petitorij.

20 Noto ibi nume. 25. Cum pactis tamen, conceſsionibus, modis & formis infraſcriptis: Quòd quando donatio ſolis deſcendentibus maſculis, & per lineam maſculinam facta foret, & ita expreſsè legeretur. (quemadmodum contrarium legitur, quia quibuſcunq; facta eſt) tamen huiuſmodi donatio adhuc non ſubſiſteret, nec finiretur in dictis maſculis tantum, nec in eis ſolum figeret pedem: ſed in ea includerentur etiam contenti in pactis, id eſt maſculi deſcendentes ex fœminis, & ad eos progrederetur diſpoſitio atque donatio. Ita quòd impoſsibile eſt reſtringere eam determinationem ad maſculos ex maſculis tantum. nam cum pacta inſint donationi & eam informent, d. l. iuriſgentium. §. quinimo. omnia contenta in pactis inſunt donationi. Et cum in pactis inſint omnes deſcendentes etiam ex ſororibus, in ipſa donatione, inſunt deſcendentes per fœminas: dummodo ſint maſculi: ergo vna determinatio donationis quæ pariformiter determinat omnes maſculos, etiam maſculos filiarum ſicut ſororum compræhendit atq; determinat. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. ita quòd dictum pactum non poteſt reſtringi ad ſolos maſculos ex maſculis, ſed complectitur omnes etiam deſcendentes ex fœminis: ex quò verbum ſemel aſſumptum in vna ſignificatione, illam non mutat manente eadem diſpoſitione. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pup. Rui. 2. volu. conſil. 117. num. 18. ſignificatio igitur maſculorum deſcendentium ſemel aſſumpta, vt comprælendat filios maſculos fœminarum, non debet variari ſtante eadem diſpoſitione.

21 Noto pactum expreſſum, quod in donatione facta Georgio adiectum eſt, vt ſcilicet

omnes

omnes eius deſcendentes ſuccedant in rebus donatis ordine ſucceſsiuo, ſecundum iuris communis diſpoſitionem. Hic enim ſunt verba expreſſa, & clara ſine vlla determinatione, vel expreſsione maſculinæ qualitatis, & ſunt indiſtincta & indiuiſe intelligi debent: per ea quæ Bald. not. in tit. de fæud. non haben. propr. natur. feu. vbi pactum ampliatiuum reſtringi non debet: vt notat Bald. Iſernia Præpo. & Aluarotus, & alij, ſed extendi, quatenus lata ſignificatio deſcendentes complectitur, & vt aliquid vltra ius fæudale addat ea pacti conuentio, & ad ius commune Romanorum reducat: Valeat igitur interpretatio aliorum contra textum, contra rationem naturalem, contra ius ciuile, contra iuris præſumptionem, & que pactum inutile & ſuperfluum reddit. & ſtetur pacto expreſſo, verbis claris, Non enim debet coram Reuerendiſ. Senatu ac religioſiſsimo patere locus cauillationi, vt. b euidenter veris, ad euidenter falſa fiat interpretatio: quæ in claris non admittitur: & eſſet intelligere contractum per contrarium, interpretando ius commune, id eſt, ius contrarium communi, quale eſt fæudale: & eſſet dicere omnes ſuccedant vigore pacti expreſsi, id eſt, omnes non ſuccedant: ſed tantum hi, qui donatione compræhenduntur, & non hi, qui ex pacto expreſſo dicuntur, vt ſuccedere habeant: quod eſt contra omnia iura fæudorum, quæ ex pacto etiam fœminas admittunt. c. primo. §. hoc autem qui fæud. dare poſſunt. §. filia verò de ſuc. fæudi & in tit. de duo. fra. de nouo. bene. inue. & quemad. fæu. ad fœm. perti. ac de gra. ſuc. in fæud. Dicat mihi aliquis præuaricator. Quomodo illi, quibus donatum eſt fæudum, ipſi ſibi in fæudo ſuccedant? quomodo illi, qui fæudum ex donatione habent, id habeant ex ſucceſsione? cum id quod noſtrum eſt, non poſsit noſtrum fieri. l. non vt ex pluribus. ff. de reg. iur. Pactum ergo de ſuccedendo his, quibus donatum eſt, debet ponere diuerſitatem perſonarum, videlicet eorum qui ex donatione acceperunt, & eorum qui his ſuccedunt: Si igitur donatio de deſcendentibus maſculis ſolum loquitur: pactum de ſuccedendo, etiam fœminas & earum prolem, deſcendentium nomine indiſtinctè vocat: & facit, vt omnes deſcendentes ſuccedant. Igitur non de maſculis tantum, ſed de reliquis deſcendentibus neceſſariò pactum intelligitur: Ergo ſi quis pertinaciùs velit donationem factam maſculis, ad maſculos deſcendentes tantum referri, id concedam: Dummodo æquè fateatur, vt pactum indiſtinctum & non qualificatum, quod omnes deſcendentes vocat ad ſucceſsionẽ, Generaliter intelligi debeat, ſine diſtinctione de omnibus deſcendentibus: aliàs eſſet falſa oratio vniuerſalis, quod omnes deſcendentes ſuccedant. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Vnde non eſt facienda talis interpretatio, per quam oratio redditur falſa, & Princeps periurus, & à fide, & remuneratione recedens contra text. in cap. primo. in fi. de for. fideli. Vnde omnes deſcendentes debent intelligi vocati ad ſucceſsionem nullo penitus excluſo, nam qui omne dicit, nihil excludit. l. illud. ff. de leg. 2. ſi igitur neque prouiſio hominis, neq; prouiſio legis nos excludit, non debet cauilloſa interpretatio aliquos excludere, cum per legitimos tramites expellenda ſit: vt legitur. in proh. inſtitu. Maximè quia ſi hoc non fuiſſet ſcriptum, ſuppleretur coniectura pietatis: & præſumptio iuris & de iure dictum fingeret. l. cum auus. ff. de condit. & demonſt. cap. primo. de duo. fra. à cap. inue. vbi igitur habemus interpretationem iuris, iniuſta eſt interpretatio hominis iuri contraria.

22 Noto nume. 26. hæc verba. Tantummodo omnes deſcendentes ſuccedant: Nam dictio taxatiua tantummodo, excludit principem, & agnatos: & omnes deſcendentes includit. l. cum prætor. ff. de iudi. dictio enim taxatiua omnes includit ſimiles, & excludit diſsimiles deſcendentibus.

23 Noto ibi, nume. 28. dum vocantur omnes deſcendentes ex liberis (quæ verba tam maſculos, quàm fœminas complectuntur. l. liberorum. ff. de verb. ſig.) Quòd nos deſcendimus ex liberis, & omnes ſumus deſcendentes ex eis, & ſumus maſculi, ergo expreſsè vocati ſumus: quia id dicitur expreſſum, quod tacitè fit, vel quod includitur in generalitate verborum. l. prima. & ſecunda. ff. de lib. & poſth. etiam in materia odioſa, latè Aretinus in. l. prima. ff. de vulg. & pupil. per Spec. in tit. de loca. §. 3. verſic. primo. Sed vbi hoc exprimitur, vel nominatim pacto concipitur, vt hic, ſemper fœminæ & earum liberi admittuntur. Text. eſt in cap. primo. §. hoc autem notandum qui fæud. dare poſſunt. per arg. de exceptione ad regulam: vel fortiſsi. arg. à contrario ſenſu, imo directo vt in. §. filia verò de ſucceſ. fæud. Et hoc procedit etiam ex interpretatione tacita, vt in tit. de fæud. marchiæ vel

duca.

duca. vbi dicitur, quòd pactum conciliat, id eſt, iura excludentia cum iuribus vocantibus concordat. Et melius in tit. de fæud. non haben. propr. natur. fæud. vbi verbum cui dederit, compræhendit & extenditur ad translationem vtriuſq; dominij. vt Bal. & Doct. notant in tit. de duo. fra. à capi. inueſt:

24 Noto hæc verba, ordine ſucceſsiuo, & ſecundum gradus prærogatiuam, de quibus nume. 19. quia ſi intelligeretur pactum quòd ſolùm veniant deſcendentes maſculi per lineam maſculinam, ſatis erat dicere gradatim, vt primo pater, deinde filij de gradu in gradum ſuccedant. Ordo verò ſucceſsiuus non deſignat gradum ſucceſſoris, ſed qualitatem ſucceſſionis: vt primò quicunque maſculi deſcendentes donatarij, etiam per fœminas, ſecundo, omnes fœminæ deſcendentes: tertio, etiam maſculi ſororum vocati cenſeantur: qui latè deſcendentes dicuntur, & cognati ex latere deſcendentes: ita declarat text. cum glo. in verbo nominatim. in. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. declarat Pari. 3. volu. conſil. 21. numero. 17.

25 Noto ibi, omnes deſcendentes ſuccedant ſecundum iuris communis diſpoſitionem, Primò. Quòd deſcendentium appellatione etiam in materia fæudali veniunt quoq; deſcendentes ex fœminis. Probat Magnif. Sen. Do. Rolandus della Valle in eleganti tracta. ſuper ſtatu. Caſalen. quæſt. 54. nu. 28. Mandellus Alben. conſi. 85. & 87. Secundò, not. quòd ex iuris communis diſpoſitione veniunt maſculi & fœminæ. l. maximum vitium. C. de liber. præte. authen. ceſſante. C. de hæred. ab inteſt. & in. §. ſi quis igitur in auth. de hæred. ab inteſt. venien. Et ſi dicatur, quòd debet intelligi de iure fæudali, per quod primo maſculi, ſecundo maſculi fœminarum, tertio fœminæ ſucceſsiuè vocantur per text. in cap. primo. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſculis & fœmin. idem etiam eſt dicendum de iure communi antiquo Et hic eſt ordo ſucceſsiuus de iure fæud. qui non diſsidet ab edicto ſucceſſorio ſtatuto per ius commune Romanorum, quanquam interpretando de iure communi, non poteſt intelligi de iure fæudorum: cum ſit à peritis & de conſilio procerum facta conceſsio: vt legitur nume. 9. qui ſciunt ius fæudorum à iure communi diſtinguere. Et ita intelligi debet in dubio. l. ſi de interpretatione. ff. de legi. & l. ſemper in ſtipul. de reg. iur. Vnde in claris non eſt opus coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig. quinimo etiam de iure fæudorum quando fæudum non eſt proprium, ſed conuentionibus alteratum, deſcendentium & hæredum appellatio etiam ad fœmineam prolem extenditur. Socin. Iun. 3. volu. conſil. 2. nume. 11. Soci. in. l. gallus. §. nunc de lege. de lib. & poſth. Bartho. Soci. inter conſil. Bru. conſil. 10.

26 Noto ibi, nume. 32. Ita tamen quòd agnati tranſuerſales non ſuccedant. Quòd excluſio agnatorum operatur incluſionem deſcendentium, quia dictio, Ita tamen, eſt aduerſatiua præcedentium, & habet vim conditionis & exceptionis. Pari. primo. volu. conſil. 17. nume. 19. 78. num. 2. 106. nume. 9. Vnde cum excludantur agnati, includuntur deſcendentes ex fœminis, quibus poſſent agnati moleſtiam dare. cap. primo. de gra. ſucceſ. in fæu. quia poſſent dicere, hoc eſt fæudum rectum & antiquum, vos non poteſtis ad id aſpirare. Et tunc dicent deſcendentes, imo vos non debetis aſpirare, quia pactum nos includit, vos autem excludit. nam niſi præſumpſiſſent illud eſſe fæudum antiquum & maiorum, non erat neceſſe apponere pactum excluſiuum: quia in fæudo nouo, frater non ſuccedit fratri. c. primo. de duo. fratri. de nouo. benefi. inueſt. Vnde ex hoc pacto colligo, quòd contrahentes reputarunt hoc fæudum, vt antiquum & paternum: aliàs pactum eſſet ſuperfluum, & ita etiam præſupponitur in vltimo dubio.

Quinimo tale pactum excluſiuum agnatorum, neceſſariò includit deſcendentes ex fœmina: alioqui nihil operaretur: contra ea, quæ notantur in cap. primo. de fæu. non habente nat. fæud. per Bal. & alios. Et ex eo pacto euidenter probatur, quòd hoc fæudum eſt antiquum, & non nouum: Nam in nouo, tranſuerſales non ſuccedunt. cap. primo. de ſuc. fra. & gra. ſucceſſ. in fæud. Et ita præſumitur in dubio, niſi contrarium à Domino probetur. §. fin. de ſucceſ. frà. & de inueſt. in mari. facta. Et ex poſſeſsione cohærentium fæudorum. vt notaui 19. nota.

27 Noto ex illis verbis poſsit tamen ipſe Georgius diſponere ad eius beneplacitum tam per viam contractus, quàm vltimæ voluntatis. Quòd hoc pactum alterat expreſsè naturam fæu

ram fæudi, de qua in. §. donare, qualiter olim fæud. poterat alienari. & capitul. primo. de ſucceſ. fæud. ibi, nulla ordinatione valente ſeu manente. & ſic licet nominetur rectum, apparet quòd non eſt rectum, nec iudicandum iure recti fæudi proprij, ſed ex pacto & prouidentia alteratum. vt per Pari. conſi. 4. volu. primo per totum.

28 Noto ibi, nume. 36. In filios maſculos legitimos & naturales ſororum. Quòd qualitas maſculina poſita in vna parte inſtrumenti, declaratur per aliam, vt non intelligatur appoſita fauore agnationis aut Domini, nec excluſiuè ad maſculos ex fœminis: ſed fauore, & ad diſcretionem ſexus maſculini à fœminino: quo caſu fit fæudum generis, quod tranſit ad maſculos fœminarum. Pari. primo volu. conſil. 4. nume. 35. Baro. lib. 3. pag. 84. cap. 2. & in tali fæudo Dominus obligatur generi. Ang. conſil. 110. col. 6. & hoc fæudum generis neceſſariò tranſit ad fœminas deſcendentes collectiuè vocatas: ex quo agnati excluduntur à ſucceſsione: Vnde genus in cognatis ſeruatur, & eis competit priuilegium. vt per Tiraquellum in legibus connubialibus fo. 7. nume. 38. & ſic eſt vocatiuum generis maſculini, Domino & agnatis excluſis. Et quia hoc fæudum in hac parte expreſsè declaratur pertinere debere ad filios fœminarum & deſcendentes ex fœmina, Ita & in alijs partibus de eis etiam intelligitur Do. Claudius Seyſellus Epiſcopus Taurini in. l. gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſth. Soci. ſenior. in. l. cùm auus. ff. de condi. & demonſt. Soci. Iun. 3. volu. conſi. 2. nume. 11. Fulgo. conſil. 86. per totum. Guid. Papa. Deci. 176. Cur Iun. conſi. primo.

29 Noto, quòd nemo præſumitur præponere voluiſſe alienam ſobolem ſuæ ſoboli. l. cum auus. C. de fideicommiſ. l. cum acutiſs. ff. de conditio. & demonſt. Et quiſque in fæudo debet potius cenſeri ſtipulatus hæredibus & deſcendentibus proprijs, quàm alienis. cap. primo. de duo. fra. à cap. inueſtitis. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Cum igitur prius vocauerit per ordinem ſcripturæ omnes ſuos deſcendentes, qui de iure communi veniunt, deinde filios maſculos ſororum: clarum eſt, quòd prius pactum eſt intelligendum etiam de maſculis filiarum ex ordine ſcripturæ, & ordine naturæ, & ordine legalis coniecturæ, de qua in dictis iuribus. & cum ita ſit deciſum in. d. cap. primo. de duobus fratribus. vbi receditur à ſcriptura, & ſeruatur pietatis coniectura: & maſculus remouetur à fœmina contra fæudalia iura, ergo id fortius in caſu noſtro procedit, vbi omnia concurrunt, & plus ſcriptum, quàm vellet contradicentis opinio: que nunquam verificabit omnes deſcendentes, in maſculis ſolis ex maſculis procreatis, verificari poſſe.

30 Noto ibi, ſine filijs maſculis num. 38. Quòd verbum filijs maſculis poſitum in conditione excluſiuè ad filios maſculos ſororum ſub ea qualitate maſculina in conditione poſita vocat & includit filios maſculos etiam filiarum. Nam quis non dicitur ſine filijs maſculis deceſsiſſe, qui nepotes maſculos ex filio vel filia relinquit. Nec obſtat quod ſimus in materia fæudali, quia non ſumus in generali & incerta natura proprij fæudi, ſed in ſpeciali, ex Epiſcopali inueſtitura formata & conſtituta pertinente ad fœminarum prolem: Et ideo ſecundum hanc ſpecialem facienda eſt interpretatio. l. in toto iure. ff. de reg. iur. Nam maſculi poſiti in conditione propter ſexus prærogatiuam intelliguntur vocati, & compræhenſi in diſpoſitione: vt inquit Socin. Iunior. 3. volu. conſil. 78. nume. 12. & 13. & 19. & eo. volu. conſil. 110. nume 23. Guyd. Pap. quæſt. 184. Deci. in. l. prima. C. de pact. & conſil. 170. Pari. 2. volu. conſil. 36. & 37. Rube. Alex. conſil. 120. Grat. conſil. 31. 2. volu. Boër. deciſ. 25. text. in. cap. primo. in ver. deficientibus de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſc. Et talis interpretatio facienda eſt, ne nepotes ex ſororibus minus dilecti contra diſpoſitionem. l. cum auus. prælati videantur magis dilecti deſcendentibus: vt per Rui. 3. vol. conſil. 136. nu. 14. Poteſt etiam intelligi conditio ſine filijs maſculis primi gradus, quo caſu ceſſat ſpes vlterioris ſobolis ex eis: vt eo caſu poſsit in filios ſororum diſponere, in quo perempta ſint omnis deſcendentium ſpes, ſublatis filijs maſculis: quibus ſubſequenter poſt patrem facta donatio videbatur.

31 Noto etiam ibidem. Quòd maſculorum appellatio poſita in conditionali diſpoſitione debet pariformiter vtrunque determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. vnde ſi expreſsiſſent contrahentes illud, quod tacitè ineſt, ita dictum fuiſſet: Caſu quo ſine filijs maſculis etiam ex fœminis deſcendentibus decederet Georgius, voluit poſſe diſponere de dicto fæudo in filios maſculos fœminarum ſororum. Expreſsio igitur huius ſenſus, qui tacitè ineſt,

ineſt, nihil operatur: quia par eſt virtus taciti & expreſsi: Quinimo expreſſum dicitur, quod ſub generalitate verborum continetur: ſed omnes deſcendentes cõtinentur in eo, quòd indiſtincte profert de omnibus: ergo etiam maſculi fœminarum compræhenduntur virtute pari & æquipollenti expreſſe. vt voluit Grat. conſi. 75. nu. 4. & 13.

32 Noto ibi, nume. 40. Ita quod dicti filij dicto caſu ſuccedant: Quòd per ea verba, dicto caſu, quo decederet Georgius ſine filijs maſculis filiarum, contrahentes voluerunt, quòd filij ſororum ſuccedant abſq; vlteriori contractu ſeu diſpoſitione æquis partibus: licet voluerit Do. Georgius poſſe diſponere etiam inequaliter inter eos. Si igitur voluit omnes deſcendentes venire gradatim & ſucceſsiue, id eſt, Primò maſculos deſcendentium maſculorum, deinde omnes deſcendentes maſculos, & nouiſsimè vocauit maſculos ſororum tam ex contractu quàm per vltimam voluntatem quàm etiam ab inteſtato: ergo dictio illa maſculis non eſt appoſita fauore Domini: quia eo caſu Dominus etiam excluderet maſculos ſororum, ſi eius fauore eſſet appoſita: vnde conſtat fauore ſexus quod ad diſcretionem maſculini à fœminino fuit poſita, vt declarant Iaſ. 4. volum. conſil. 115. Grattus. primo. volum. 27. Reſpon. nume. 12. & 51. &c.

33 Nõ deeſt Illu. viri auctoritas qui ita ratiocinatur, Georgius ex tenore inueſtituræ potuit per contractum diſponere in filios maſculos ſuarum ſororum: Ioanninus & Bartholomeus eiſdem modo & forma inueſtiti, diſponere potuerunt: Gaſpardus & Bernardinus cum ſimili qualitate inueſtiti diſpoſuerunt in filios ſororum: ergo idem de eis dicendum eſt, maximè quia ſunt deſcendentes, quos non reſpuit inueſtitura, & eſt arg. in. l. gallus. §. & quid ſi tantũ: quorum ſententias non improbo, attenta clauſula, quòd faciant quicquid voluerint de dicto fæudo, ſi modo ea forma inueſtiti diſponant æqualiter in omnes ad formam pacti, & niſi peruenti eſſent à maioribus, qui aliter diſpoſuiſſent & eos grauaſſent.

34 Noto ibi, nu. 41. Ita quòd ipſum fæudum, Aliam hic fieri donati fæudi declarationem & ampliationem & iuris ſupra reſeruati reſtrictionem: vt teneant deſcendentes pro fæudo ab ipſo Domino Marchione & ſucceſſoribus, & capiant ſimilem inueſtituram conuentionatam & fœmineam: Si igitur deſcendentibus ex ſorore fœmina ſimilis inueſtitura fieri debet, certè hec inueſtitura interpretanda eſt, vt etiam deſcendentes ex fœmina comprehendat, & ſi comprehendit in vno caſu, in omnibus debet pariformiter comprehendere & interpretari. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. & vt iure fæudi habeant propter commoda laudemiorum vt declarat. d. Iaco. in ver. & quod ipſi vaſſalli: vbi fæudum quod conceſſum eſt cum poteſtate faciendi quod voluerint, intelligitur, vt liberè poſsit ſoluto laudemio transferri domino irrequiſito.

35 Noto quod in hoc fæudo filius per ſaltum excluſa matre ſuccedit: & infecta radix non impedit tranſmiſsionem fæudi ad filios fœminarum tranſuerſalium omiſſo inhabili medio: quod multómagis procedit in deſcendentes per regu. ſi de quo minus videtur ineſſe, ineſt, ergo de quo magis procedit in deſcendentes: vel econtra, ſi excluſio non ineſt in collateralibus ex fœminis, quare illam volumus fingere in deſcendentibus per lineam rectã. cont. l. iſti quidem. & l. de acceſsionibus. & ſic apparet quòd hoc fæudum deuenit recta ex pacto & prouidentia primi ſtipitis ad ſupplicantes remota matre. vt Pari. primo. volu. conſil. 21. nume. 131. & 2. volu. nume. 93. Guliel. à Perno. conſi. 7. nume. 4.

36 Noto ibi, nume. 42. ex pacto de recognoſcendo per quottas & non particulariter, & diſtinctè. Quod translatum eſt in Domin. Georgium & eius deſcendentes ac ſucceſſores, plenum & integrum ius loci cum tota curia iuxta titu. de capit. qui curiam vendidit.

Item, quòd ſolum directum dominium ſuperius fuit retentum, & tota reliqua curia integre donata Domino Georgio & ſuis deſcendentibus, ſed curia eſt quid diuerſum & ſeparatum à beneficio ſeu fæudo, & ideo quando Dominus reſeruat ſibi curiam recognitio ei fit particulariter & diſtinctè, vt ſciatur quod conceſſum, & quod Domino reſeruatum ſit. l. in agris. ff. de acquirendo rerum dominio. §. ſi quis de manſo. ſi de inueſt. fæud. Quando verò tota curia & directum dominium transfertur in feudatarium tunc fit recognitio ſolum per quotas quia totum vniuerſale, per quotas tantum & partes homogeneas eſt diuiſibile, & non per certa corpora. §. hæreditas, Inſt. de hæred. inſtit. & latè Bude. in tractatu de aſſe. latiſsimè, Moli. in tract. fæud. §. quinto. fol. 82. nume. 4. vbi ait comites & alios qui

plenius

plenius inueſtituram obtinuerunt cum omnibus acceſsionibus & pertinentijs, per quotas, & non per particularia denumbramenta (quòd Galli dicunt per vn ſoul auen, id eſt, vnica recognitione) fæudum debere recognoſcere: & ius retractus fæudalis eſt curiæ annexum, non alto dominio. Quinetiam hoc caſu idem iudicandum eſt de fæudo Monticuchi ita generaliter translato, quòd de reliqua Marchia iudicatum fuit per Sereniſ. Imperatorem: quia vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes de vſuca. cum omnia iura tradita ſint, quæ Illuſtriſs. Marchiones habebant: vt nume. 17. & 18. legitur: altiore tantum directo dominio & iure fæudi ſaluo & reſeruato: Ideo videtur Illuſt. Cameram non poſſe ad ius ſucceſsionis aſpirare, niſi nullis cognatis intra decimum gradum exiſtentibus. Iccirco apparet, quòd voluit omne dominium, ſaluo iure fæudi, transferre. iux. ea quæ tradit Do. Iacobinus in ver. Princeps Pedemontium. 2. col. verſi. ſed quæro.

37 Noto etiam ex dicto pacto indiſtinctè prolato, quòd deſcendentes & ſucceſſores, &c. debeant recognoſcere fæudum certis formis: Quòd intentio donantis & contrahentium fuit, vt hoc fæudum indiſtinctè ad omnes deſcendentes tranſiret, & migraret ordine ſucceſſiuo: non diſtinguendo filios maſculos: quia natura nominum collectiuorum vniuerſalium eſt, nihil excipere: niſi quod nominatim exceptum in inſtrumento legitur. Bald. in tit. de cap. qui curiam vendidit. Et ſi voluiſſent contrahentes intelligere de maſculis tantum deſcendentibus, illud vtiq; expreſsiſſent: vt in alijs capitulis expreſſerunt, quando de maſculis intelligi voluerunt. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. tollen. Cum igitur legatur pactum vniuerſale ſimplex & indiſtinctum vocans omnes deſcendentes ſecundum ius commune, nullos diſtinguens, aut excipiens, & pariter etiam hoc pactum de recognoſcendo indefinitum & indiſtinctum, loquens de deſcendentibus indiſtinctè, vt recognoſcere habeant, indiſtinctè intelligendum eſt etiam de fœminis. cap. primo. vbi eſt tex. quòd etiam per fœminam debeat recognoſci fæudum, de eo qui ſibi vel hæred. ſuis maſcu. & fœmi. quanto magis hoc fæudum intelligi debet de earum liberis maſculis ſucceſsiuè vocatis: quia dictio maſculis prælatiua eſt, & fœminarum maſculos etiam filiabus fœminarum anteponit: vt in titu. de cap. qui curiam vend. & in tit. de eo qui ſibi & hæred. maſculis. vbi vtiq; eſt caſus, quòd in fæudis, maſculorum appellatio compræhẽdit etiam maſculos fœminarum, & eos anteponit filiabus ſororum.

38 Noto etiam nume. 48. & 49. reſeruationem ſpecificam fidelitatis debitæ ratione ſuperioris & alti dominij iuncta reſeruatione de qua nume. 19. Vbi ſolum fuit retentum & reſeruatum altum dominium ſuperius: Et dominium directum inferius translatum fuit cum tota curia in Domi. Georgium: ſed dominium directum ſuperius non attrahit ad ſe fæudum iure deuolutionis, ſed directum & inferius: ſicut dicimus, quòd ratione vtilis dominij fructus acquiruntur habenti vtile: ſic dicimus de dominio directo inferiori, acquiſito per præſcriptionem: quia vtilitas eius dominij directi inferioris eſt illa, que trahit ad ſe fæudum per deuolutionem: Hæc ſunt de mente & doctrina Bald. in cap. primo. de fæud. non habente naturam fæu. vbi Bald. vult tale dominium (per quod auocat Dominus iure fæudi rem) poſſe preſcribi ab habenre vtile: idem tenet Bald. in l. in rebus. C. de iure dotium, vbi in vxore retinetur quodam dominium, per quod dicitur domina rerum dotalium: quod compatibile eſt cum dominio viri, propter reliquias antiqui dominij: Sic etiam ius patronatus poſt manumiſsionem reſtat: Sic & poſt donationem remanet ius directum, quale conſiderat text. in. l. non dubito. ff. de captiuis & poſtli. reuer. ius clientellæ ſuperioris & ius patronatus poſt manumiſsionem. Et ideo tale ius ſuperioris directi dominij videtur reſeruatum, quo non poteſt auocari res, niſi ob publicam vtilitatem, & pretio reſtituto: vt ſcribit eleganter Magnific. Do. Natta:

39 Noto ibi nume. 51. quòd Illuſtiſs. Marchiones & eius hæredes non poſsint imponere aliquam taleam ſeu collectam, aut exigere ab hominibus aut incolis Montiſcuchi: Quòd per hoc pactum cenſetur Illuſtriſs. Marchio vtiq; donaſſe iura regalia: de quibus in tit. quæ ſunt regaliæ cum muneris ſuperindicendi poteſtas ſit de reſeruatis ſupremo principi vt latè probat Magnific. Senator Do. Antonius Nata Reſponſo. 185. nume. 5. ex quo euidenter conſtat, ſolum fuiſſe reſeruata iura imperialia: quæ competunt Imperatori in ſuos maiores valuaſſores: Et quemadmodum tota Marchia Montisferrati non fuit deuoluta

ad Sereniſsimum Imperatorem ob extinctas lineas Saxoniæ & Palleologæ maſculinas: ſimiliter dicendum ſit in hoc fæudo, vt ob extinctam lineam maſculinam ius neq; ad agnatos alterius lineæ, nec ad Dominum ſit deuolutum: ſed ad cognatos, vt per Rui. conſi. 9. nu. 6. omnes enim hæredes promiſſoris obligantur vt per Pari. primo. volu. conſil. 23.

40 Noto ibi nume. 53. ſit tamen ſaluum ius appellationis: Quód vbi Illuſtriſs. Marchio voluit excipere aut reſeruare aliquid de donatione: illud expreſsè & nominatim reſeruauit: Vnde non licet exceptiones & reſeruationes á regula pro arbitrio fingere, allegare & interpretari: cum ſi voluiſſent, id quoq; expreſsiſſent. l. vni. C. de cadu. tollen. nil igitur remanſit, niſi quod fuit reſeruatum: & qui reſeruat, nullum ius ſibi acquirit. Rui. primo. volum. conſil. 40. nume. 7. & 190. nume. 10. & cum tale ius non competijſſet Reuerend. Epiſcopo, á quo fæudum habuit ſeu ius alti dominij, non poteſt ſucceſſor plus iuris prætendere, quàm haberet anteceſſor, á quo ipſe ius habet.

41 Noto ibi. 55. & 56. ſeruitium limitatum quod pro fæudo debetur. Quód naturam fæudi alterat, & facit fæudum eſſe tranſmiſsibile ad fœminas: cum facilius poſsit per eas ſeruitium præſtari, quàm per viros: qui non tam facile remitterent Caſtrum timore imminentis belli, quàm fœminæ: Corn. primo. volu. vol. conſil. 219. Maximè quia condictionatum eſt in quo fœmina ſuccedit vt per Dec. conſi. 159. Pulchre Clariſs. Senator Natta Reſpon. 216. & illud eſt de natura fæudi, quód dominus poſsit ſe iuuare Caſtro tempore belli: Et id remittere teneatur finito bello, non accepto pretio cuſtodiæ & fortalitiorum factorum vt per Do. Iacobi. de Sancto Georgio in verbo, & Caſtro Rubei montis ver. vlterius quæro.

42 Noto ibi, quibus ceſſantibus. numero. 59. Quód ceſſante bello debeat Illuſtriſs. Marchio & ſui hæredes remittere Caſtrum in manibus ſucceſſorum Georgij tenendum & poſsidendum: & cum ſupplicantes ſint ſucceſſores Georgij, tam in dicto fæudo, quàm in alijs fæudis, nõ debet finito bello denegari eis reſtitutio poſſeſsionis. Et ex hoc noto, quód eſt fæudum conuentionatum, vt tempore belli remittat hoc fæudum. Et ideo in tali fæudo fœmina ſuccedit. vt per Pari. primo. volu. conſil. 12. nu. 20. multó magis maſculi ex eis, idem Iacobinus in verſi. & Caſtro Rubei montis. col. 3.

43 Noto ibi, nu. 57. conſtituens. Quód hæc clauſula non eſt clauſula inueſtituræ, ſed donationis: & quód eius virtute competit eiſdem ſucceſſoribus beneficium, ſeu condictio. l. fi. ff. de acquiren. poſſeſ. ad poſſeſsionem recuperandam: Et attento interuentu pecuniæ, hæc clauſula efficit, vt hæc conceſsio ſapiat & aſſumat naturam contractus & conuentionis ad quoſcunq; hæredes tranſmiſsibilis vt doctiſsimè ſcribit Magnific. Senator Natta reſponſo. 159. nu. 14. & 17. & reſpon. 226. nume. 12.

44 Noto ibi nume. 58. promittens prædictus Illuſtriſs. Marchio ad vtilitatem dicti Georgij & eius deſcendentium & ſucceſſorum. & omnium quorum intereſt & intererit, attendere & non contra facere de iure vel de facto: Quód non licuit de facto contrauenire contra præmiſſa: cum Illuſtriſs. Domina ſit hæres promiſſoris. vt per Soci. 3. volu. conſil. 42. per text. in. §. laici: qui ſucceſſo. fæud. dare teneantur. nec excuſat inuentarium. vt per Rui. primo. volu. conſil. primo. nume. 14. nam princeps non poteſt á donatione vel alio contractu á ſe facto recedere: & eius ſucceſſor non poteſt contrauenire. vt per Rui. conſil. 6. nume. 2. volu. 5. l. digna vox. C. de legi. cap. primo. extra. de proba. Pari. primo. vol. conſil. 23. & cum hæres ſit eadem perſona cum defuncto promiſſore, & iuſſus non moleſtare, & ipſe promiſiſſe cenſeatur: & pretium recepiſſe; non poteſt denegare etiam fœminæ ſucceſsionem huius fæudi. vt elegantiſsime ſcribit Clariſs. Senator Natta, Reſpon. 216. per totum: & cum interuenerit ſtipulatio, non eſt locus pœnitentiæ: vt per Bald. in prælud. fæud. § tractatus noſter. nume. 14. fol. 3. col. prima. & quód non poſsit metiri ius á Do. Georgio, qui non potuit cedere iura. ſecundum Do. Iacobi. de Sancto Georgio in verſic. & Caſtro Rubei montis, colum. 2. verſi. item quæro duo fratres. Iaſ. in. l. Serui. electio. §. labeo. ff. de leg. 2.

45 Noto ibi, nu. 59. perpetuó attendere: Quód conceſsio eſt perpetua, & conſequenter irreuocabilis á ſucceſſoribus. Idem etiam probat dictio in infinitum nume. 27. & nume. 22. perpetuó placuerit faciendum. & nume. 7. effectu percipiant remunerationem: & dictio per ſe & hæredes, qui per infinitas ſucceſsiones intelliguntur. Ex quibus clauſulis

conſtat contractum eſſe perpetuum, id eſt, recti feudi & perpetui ac irreuocabilis iure conceſſum, vt dictum eſt ſupra: & ſic feudum perpetuum in quo fœmina ſuccedit. vt per Corn. conſi. 16. & nume. 239. primo volu. Maximè propter dicta verba, quicquid voluerit facere: quę equiparantur verbo, cui dederit: & faciunt feudum improprium vt prędictus Senator ſcribit Reſponſ. 219. nume. 2. 3. & 8.

46 Noto ibi num. 61. aliqua ratione que dici & excogitari poſſet: Quòd non licet per hos ſubaudtiuos & reſtrictiuos intellectus excogitatos auferre conceſſionem & donationem & feudum ac melioramenta & edificia & dotes iure hypothecatas. Nam illis excogitatis modis contraueniendi eſt renuntiatum: & non debent attendi excogitati iſti intellectus, & callidę ſubtilitates. l. pen. in quibus cau piguus vel hypoth. tacite contra. tradit Cicero. 3. Officiorum. notatum à cenſore & remiſſum captiuum ad Hannibalem, qui ſe rediturum iurauerat, & reuerſus confeſtim aufugit: cum non dicatur conceſſum, quod non manet: & talis ſubtilitas, per quam contrauenitur conceſsioni, non eſt à iudicibus admittenda glo. fin. in tit. Epiſcop. vel Abb. attento quòd conceſsio eſt facta in remunerationem, & media pecunia, que non poteſt reuocari: vt in priuilegio ſcribitur, & Clariſs. Senator Natta reſponſ. 121. nume. 14.

47 Noto ibi nume. 63. ſub refectione iuſti pretij dicti terræ, &c. Quòd non licet habererem & pretium, & locupletari cum vaſſalli iactura: & cum pecunia ſit data cauſa habendi fæudum, pecunia cauſa data condici poteſt, cauſa non ſequuta. Et non licet fæudum retinere, & pecuniam pro fæudo acceptam non reſtituere. cap primo de fæud. guardiæ. cap. primo. qui fæud. dare poſſunt in fin. cap. primo. de fæud. dato mini. valua. c. primo. per quos fiat inueſtitura: & de condictione cauſa data eſt text. in tit. de fæud. ſine culpa non amitten. Cum ergo data fuit quantitas pro fæudo, non poteſt reſcindi contractus, niſi reſtitutione pretij: aliàs eſſet fraus in domino, que eſſe non debet. cap. fin. de prohi. fæu. alien. per Lota. Et Dominus neq; honeſtum, neq; vtile procuraret aut rependeret vaſſallo ſuo: contra. cap. primum. de for. fide. & amittere pretium & fæudum, ſapit pactum. l. commiſſoriæ, & eſt graue. Ideo reprobatur: vt not. Bald. in titu. de fæud. da. in vim legis com. & propterea iuſte retinere non poteſt: per ea quæ ex ſententia Bald. ſcribit Bru. conſi. 8. nu. 22. quæ verba non conueniunt Illuſtriſs. Principibus & Ducibus Mantuæ.

48 Noto ibi nu. 64. Quòd ſuper præmiſsis credi voluit iuramento Georgij & ſucceſſorum: cum nos ſimus ſucceſſores. ergo licuit nobis iurare in litem ſuper melioramentis damnis & intereſſe: Et ideo alia non eſt opus probatione: poteſt enim conferri executio contractus in alterum contrahentium l. creditores. C. de pigno. & hypoth. & talis executio exerceri poteſt legis auctoritate, non ſolum pacti. Rui. 5. volu. conſi 127. nume. 11. Et maximè, quia tot concurrentibus coniecturis, tot ſacramentis & vaſſallorum opinionibus & præiudicijs, iuramentum deciſiuum nobis non poſſet denegari vt in titu. de contro. inter maſculum & fœminam. ſicut enim ibi permittitur abrogare totum fæudum, & iurare eſſe alodium, ſic licebit iurare ſuper natura. vt in tit. de natura recti fæudi. §. ſacramentum.

49 Noto ibi nu. 65. renuntiando exceptioni rei aliter geſtæ quam ſcriptæ: Quòd non poteſt fieri interpretatio verborum, ſed intelligenda ſunt ſimpliciter, vt ſcripta ſunt de omnibus deſcendentibus, qui de iure communi vocantur: cum in dubio debeamus interpretari verba vt ſonant: & vt ad ius commune nos reducant, & iuris communis æquitatem. Pari. 2. volu. conſi. 16. nu. 107. & conſil. 54. nu. 26. & contra eum qui in fæudum concedit vt per Rui. conſil. 106. volu. 3. nume. 9.

50 Noto ibi nu. 66. Quòd non potuit auferri poſſeſsio pignoris & tenutæ: cum omnia bona iure pignoris conſtituta & hypothecata legantur. Vnde ſpoliato iure pignoris datur interdictum, quod vi aut clam. & benefic. l. fin. C. de acquirend. poſſeſ. quo ad res nondum poſſeſſas: Et quarum poſſeſsio. alijs remiſſa eſt ſine facto deſcendentium per hæredem conſtituentis.

51 Noto ibi nu. 67. Quòd Dominus Nicoletus pro Domino Georgio & ſuis deſcendentibus maſculis indiſtinctè, tam ex maſculis quàm ex fœminis, id eſt, ex ſororibus, iurauit fidelitatem ligiam: & Illuſtriſs. Dominus Marchio illam acceptauit pro ſe & hæredibus. Igitur cùm hæc dictio dictis, & pronomen illud relatiuum, generaliter referatur etiam ad

C 3 deſcend

deſcendētes maſculos ex ſororibus, vna enim determinatio debet pariformiter determinare deſcendentes ex omnibus deſcendentibus: dummodo ſint maſculi: ſicut enim ſuſcepit iuramentum, quod datur propter fæudum, ita etiam intelligitur Illuſtriſs. Marchio illis conceſsiſſe fæudum, quod eſt antecedens. l. 2. de iuriſdi. om. iud.

52 Noto ibi nume. 68. aliud ſeruitium limitatum per fœminam explicabile: quare fœminæ ad fæudum admittuntur, quando nulla conuentio in eius conceſsione continetur: que non poſsit per fœminam explicari. vt per Gratum. primo. volu. reſpon. 3. nume. 13. & 9. reſpon. in cauſa Montisferrati nume. 153. & maximè in donato. nume. 79. Et ideo propter hæc pacta contra naturam fæudi, iudicatur vt contractus, non vt fæudum: Bald in prælud. fæud. fol 3. col. 2. nume. 19. & ideo fœmina in eo ſuccedit Alex. primo. volu. conſi. 50. Cur. ien. conſil. 48. Fulgo. conſi. 8. Ro. conſi. 167. Corn. primo. vol. conſi. 16. Grat. 33.

Noto poſtremò in literis Marchionalibus: Quòd infæudatio ſeu inueſtitura facta de fæudo Montiscuchi legitur facta media pecunia. & ſic Domi. Georgius emit, vel redemit fæudum dato pretio pro inueſtitura. 3500. Ducatorum: Et quatenus ſint aliqua verba ſonantia in fæudum, quòd non eſt fęudum proprium & rectum, & quòd Illuſtriſs. Marchio renuntiauit clauſulis in eo iſtrumento appoſitis, per clauſulam non obſtantibus: qua clauſula attenta, nulla poteſt fieri interpretatio, niſi contra venditorem: & eum, qui in remunerationem donauit. l veteribus. ff. de pactis, & ideo fœmina ſuccedit. Bru. conſi 14. Iaſ. 2. vol. conſil. 51. Soci Iuni. conſi. 75. Rui. 18. Zazi. 8. nume. 17. & 13. nume. 26. Vnde plus valet quod actum eſt, quàm quod ſimulatè conceptum: attenta dicta clauſula: non obſtantibus clauſulis in infæudatione comprehenſis. Et ſic renuntiatum eſt clauſulis omnibus in fauorem Illuſtriſs. Marchionis appoſitis: quibus receſſum eſſe videatur ab inueſtituris antiquis, & natura fæudi Epiſcopalis. Et ideo cum tale fæudum fuerit pretio acquiſitum: in eo ſuccedent generaliter omnes deſcendentes: vt ſcribit Clariſs. Senator reſponſis ſupra allegatis. 129. & 129. & 226. & 116. Deciſ. conſil. 390. Pari. 123. & omnes. quia eſt contractus vtro citroque obligatorius. Et ſanè ſi Illuſtriſs. Marchio bellum mouit communitatibus Aſt & Cherij, atque Reuerend. Epiſcopo Taurinen. pro recuperatione Italici regni, non potuit iura ſingularium perſonarum auferre, aut alterare: vnde reſtitutiones ſeu renouationes fæudorum intelliguntur factæ, prout de iure fieri poſſunt, & debent. cap. primo. per quos fiat inueſtitura. Et maximè contra fiſcum, volentem retinere rem & pretium: quod eſt odioſum. Rui. 2. volu. conſi. 150. nume. 9. & conſi. 105. nume. 9. eo. vol. ſed omnium diligentiſsimè ſcripſit Magnific. Senator Dominus Marcus Antonius Natta Reſpon. 159. quòd in fæudo acquiſito pecunia, licet expreſsè non ſit actum, tamen fæudum tranſibit ad hæredes, etiam extraneos: quia magis accedit ad naturam contractus, quàm fæudi: & ſtultum eſt (inquit) in fæudo empto attendere regulas fæudales: Et quia, etiam pro hoc fæudo fuit tranſactum, & concordatum cum Dominis Griſellis: & per ſententiam arbitrorum fuit nobis adiudicata pars: & pariter per auctoritatem Illuſtr. Cameræ data poſſeſsio. ipſis præſentibus & non contradicentibus, non poſſumus videre, qua ratione nobis non debeat iuſtitia fieri, ſtante forma Decreti Marchionalis ſuper executione ſententiarum arbitramentalium: quibus Domini ſtare tenentur. vt in titulo. de controuerſia inter vaſſallum, &c. Reliquum eſt, vt cunctatio nobis reſtituat rem: & quod maturo iudicio concoctum eſt, celeri executione rependatur: & fidelium, atque eorum qui à promiſsis non diſcedunt, ratio habeatur.

DVBIA PROPOSITA CORAM ILLVSTRI ET REuerendo Senatu Caſalenſi, aduerſus ſupraſcriptam Inueſtituram factam Georgio Solario, & circa eius interpretationem.

PRIMO, quòd infæudatio à dicto Marchione facta ipſi Georgio, fuerit noua conceſsio fæudi, emanata à ſupremo & directo domino: & non continuatio primordialis conceſsionis aliàs factæ de eo fæudo, vt dicitur, ab Epiſcopo Taurinen. à quo conceſſum fuerat pro maſculis & fœminis: Ita quòd videtur immutata natura ipſius antiqui fæudi, & innouata in Nobile, Gentile & rectum.

Secundò, quòd ad ipſum fæudum rectum videantur vocati tantummodo maſculi ex maſculis, & non fœminæ: nec maſculi ex eis: facit quia conceſsio legitur facta ſolùm pro Georgio, & quibuſcunque deſcendentibus maſculis procreatis, & procreandis ex ipſo Georgio & eius deſcendentibus maſculis.

Non obſtante pacto appoſito in cõceſsione: quòd ad dictum fæudum veniant omnes deſcendentes vſque in infinitum legitimi & naturales ex ipſo Georgio, & liberis ſuis: Quia, & ſi videantur vocati omnes deſcendentes, videlicet, tam maſculi, quàm fœminę, aut ſaltem maſculi ex fœminis, Tamen hoc caſu cũ præcedentia verba diſpoſitiua clarè loquantur de maſculis, reſtringunt & declarant ſubſequentia primi pacti ſecundum ipſam primam diſpoſitionem: ne cenſeantur contrahentes ſubito ſe corrigere.

Non obſtante vniuerſali quibuſcunque: Quia etiam dicta vniuerſalis debet regulari ſecundum ſubiectam materiam: eò maximè, quia contrahentes cum voluerunt loqui & intelligere de fœminis diſtinctè, & clarè locuti ſint: vt in pacto appoſito, quòd poſsit dictus Georgius diſponere de ipſo fæudo, tam per viam contractus, quàm vltimæ voluntatis in filios maſculos ſuarum ſororum: caſu quo decederet ſine filijs maſculis.

Non obſtante etiam quòd conuentum fuerit, quod ad ipſum fæudum veniant omnes deſcendentes ex ipſo Georgio & liberis ſuis in infinitum, ordine ſucceſsiuo & ſecundum gradus prærogatiuam & iuris communis diſpoſitionem: Quia præſumendum non eſt, quòd voluerit princeps, & inueſtitus intelligere, quòd in dicto fęudo ſuccedatur ſecundum diſpoſitionem iuris communis: ex quo ſine differentia vocantur tam maſculi quàm fœminæ: ſed ſecundum diſpoſitionem iuris communis fæudalis, poſtquam ſumus in fæudali materia regulanda: ſecundum quam ex tenore huius conceſsionis non videtur vocata fœmina, non deſcendens ab ea: ſed quòd voluerint regulare prærogatiuam gradus ſuccedendi in hoc fæudo, ſecundum eius naturam recti fæudi, & ad diſpoſitionem iuris communis.

Non obſtante etiam quòd dictum fuit in ipſa conceſsione. Quòd agnati tranſuerſales dicti Georgij cuiuſcunque gradus, in dicto fæudo ſuccedere non poſsint: quia ex dicto pacto non infertur, quòd cogitatum fuerit quòd agnati poſsint mouere controuerſiam fœminis, aut deſcendentibus ex eis: voluerint eis prouidere, poſtquam clarè conſtabat dictas fœminas, & eius deſcendentes, vt dictum eſt, excluſas. Et quia alius eſt ſenſus dicti pacti, videlicet, quòd agnati maſculi eiuſdem Georgij non poſsint ſuccedere deficientibus deſcendentibus dicti Georgij maſculis, & ex maſculis ex eo: quòd per ipſam conceſsionem videbantur etiam vocati, vt ad fæudum eſſent illi, vt rectum & antiquum.

SOLVTIO DV-BIORVM.

EX præſcriptis dubijs quatuor emergunt quæſtiones: quarum prima, circa naturam contractus verſatur: & in legitimo genere ac iuris cognitione conſiſtit: videlicet, an de iure hic contractus debeat iudicari contractus donationis, an verò conſtitutionis & conceſsionis noui fæudi: ſeu quædam noua infæudatio facta tanquam de nouo, non tanquam de vetere beneficio: & non tanquam donatio fæudi veteris, iam ante conſtituti, ſed tanquam conſtitutio noui: ita quòd videatur factum nouum fæudum, non donatum antiquum.

Secunda quæſtio eſt, An præſuppoſito quòd hec ſit noua infæudatio tanquam à nouo domino, nouo vaſſallo facta, an per eam cenſeatur continuata natura primordialis fæudi antiqui Epiſcopalis, pro maſculis & fœminis aliàs conſtituti: an verò cenſeatur formata noua ſpecies fæudi diuerſæ naturæ ab antiqua: & facta ac transformata antiqua illa fæudi natura in nouam ſpeciem nouæ naturæ fæudi proprij, noui, ſimplicis, gentilis, nobilis, ac recti: quod non ſit ad fœminas tranſmiſsibile, nec ad fœmineam prolem. Et hec vtiq; in legitimo genere verſatur, & in iuris diſpoſitione conſiſtit.

Tertia quæſtio eſt, Quibus ſit facta donatio: An tantummodo maſculis ex maſculis deſcendentibus, An verò etiam maſculis per fœminas procreatis: & ex Georgio per fœminas deſcendentibus: quales ſunt ipſi ſupplicantes. Et hec ex coniecturali & controuerſo genere prouenit: quod ex probatione & tenore inueſtituræ & interpretatione mentis contrahentium naſcitur. & ex coniecturis deducitur.

Quartò & vltimò quæritur, An ex pacto ſucceſsionis appoſito in ipſa conceſsione, cenſeantur vocati ad ſucceſsionem tantummodo deſcendentes per maſculos: vt ſuccedere poſſint ijs, quibus facta fuerat donatio: An verò vocentur omnes deſcendentes, etiam per fœminas: qui ex diſpoſitione iuris communis ad ſucceſsionem vocantur. & ſic an reſtringatur ea conceſsio: vt per pactum non cenſeantur vocati ad ſucceſsionem niſi illi, quibus fuit facta donatio: Et hec ex coniecturali & legitimo cauſarum genere ac iuris interpretatione conſtituitur. Et hoc genus, antiquis erat incognitum: quia non admittebant in claris pactis iuris quæſtionem.

Et quantum ad primam quæſtionem: Videtur primo aſpectu dicendum, quòd hec conceſsio cenſenda ſit fæudi noui conſtitutio: ſeu noua infæudatio ratione noui domini, noui vaſſalli, & nouorum pactorum & nouæ inueſtituræ poſt donationem factæ: & per eam receſſum ab antiqua fæudi natura.

Secundò. Quia inueſtituræ priores erant pro maſculis & fœminis: & hec pro maſculis ex maſculis ſolum facta eſſe videtur: & ſic videntur eſſe diuerſæ naturæ fæudorum: quia hoc eſt maſculinum, & illud fœmineum.

Tertiò. Quia hoc nominatur fæudum Nobile, Gentile & rectum: quod diuerſum eſſe videtur à fœmineo & improprio: de quo in Inueſtitura Epiſcopali fit mentio.

Quartò. Quia in ſupraſcripta conceſsione dicitur, quòd agnati tranſuerſales non poſſint ſuccedere, vel ad ſucceſsionem aſpirare: quòd eſt proprium fæudi noui, & non veteris & antiqui c. pri. de duob. fra. de no. benef. inueſt. Iis moti rationibus: qui pro Griſellis ſub fiſci nomine nos paternis fæudis eiecerunt, ſe iuſtitiæ aditum nobis præcludere arbitrantur: in qua re à vobis. P. C. petimus, hæc quæ equiſsima ſunt, ne quid præiudicati in veſtris mētibus habeatis, alioqui (vt Cicero dicere ſolebat) ſi ad cauſas inaudita iudicia domo deferatis, non

ſolum

ſolum iudicum auctoritatem, ſed etiam nomen amitteris. Hoc primum: Alterum eſt, vt ſi quam opinionem iam veſtris animis concepiſtis, ſi eam ſcribentium concurſus labefactabit, ſi ratio conuellet, ſi deniq; veritas extorquebit, ne repugnetis. Sed conceptam opinionem libentibus atq; æquis animis veritati remittatis.

Præmiſsis itaq; non obſtantibus: ſi loquamur prout veteres iureconſulti conſtituerunt, & ſecundum veros & proprios iuris terminos, & ſi differentias contractuum diſtinguamus, neque confundamus aut conturbemus ea, quæ à doctiſsimis viris magno labore diſtincta & ſeparata fuerunt, facilè confirmabimus, atque obtinebimus hanc eſſe veteris fæudi donationem remuneratoriam, per contractum donationis inter viuos, ſeu cauſa mortis ſub modo factam: longe diuerſam, ac ſeparatam formam atque naturam habentem à noui fæudi conſtitutione, ſeu conceſsione. Nam magna differentia eſt inter conceſsionem, ſeu conſtitutionem fæudi; id eſt, donationem, que habet in ſe ſpeciem conceſsionis fæudalis: vt ex ſententia Decij, Bald. Alex. Ang. & aliorum. Eleganter & copioſiſsimè ſcribit Tiraquellus in. l. ſi vnquam in ver. donatione largitus, pag. 299. num. 14. linea. 6. Nam aliud eſt fæudum facere, aliud factum fæudum donare: & per donationem illud quod iam erat transferre, in ſua antiqua eſſentia atque natura: in qua per Epiſcopales inueſtituras fuerat olim conſtitutum, ante ipſam donationem & pacta in hac Marchionali conceſsione appoſita: & pariter conſtat ipſam naturam contractus donationis tendere ad conſeruationem veteris naturæ antiqui fæudi. Et ideo talem donationem nullo modo eſſe poſſe noui & proprij fæudi conſtitutionem: ſed eſſe contractum ciuilem, vtrinq; obligatorium, & antiquæ naturæ conſeruatiuum, & tranſmiſſorium ad hæredes concedentis, & ad omnes deſcendentes ex parte accipientis, perpetuò & in infinitum: quandiu maſculi deſcendẽtes ex vtraq; linea tam maſculina quàm fœminina ſupererunt: ſucceſsiuè tamen, id eſt, vt primò maſculi ex maſculis; & eis demum deficientibus, maſculi ex fœminis vocati cenſeantur: iuxta titulum de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſculis, &c. Quod infraſcriptis iuribus, rationibus, & prudentum autoritatibus confirmamus: vltra ea, quæ ab elegantiſsimo & copioſiſsimo Tiraquello ſupraſcripta ſunt.

Et Primò. Quia donatio cauſa mortis abſque teſtamento in quocunq; tempore & quocunq; contractu fieri poteſt: dummodo quinque teſtium numerus adhibeatur. l. totam is. ff. de dona. cauſa mortis. Et talis donatio fieri poteſt tam cauſa mortis donantis, quàm cauſa mortis alienæ, ſeu eorum, quibus donatur. l. mortis ſa quinta. ff. de dona. cauſa mortis. Cum ergo adhibiti ſint huic contractui quinq; teſtes notario incluſo, iuxta. l. Domitius Labeo. ff. de teſtamentis, iudicanda eſt hec donatio, facta fuiſſe ſucceſsiuè omnibus deſcendentibus, cauſa mortis præcedentium: Ex qualitate enim, teſtiumq; numero contractus iudicatur. l. non codicillum. C. de teſtamentis. & l. ſi idem. C. de teſta. Nam in ſimplici donatione vel fæudi conceſsione duo teſtes ſufficiunt. §. ſi quis donationem de not. fæud. & cum hic plures teſtes adhibiti ſint, conſtat aliud actum fuiſſe, quàm vt noui fæudi inueſtitura aut conſtitutio fieret. Donatio enim facta de vetere beneficio, id continuare videtur in antiqua natura, & ad quoſcunq; maſculos tranſmittere Iaſ. 3. volu. conſi. 17. & 4. volu. conſi. 18. ſed omnium pulcherrimè Tiraquel. loco præallegato: qui ad tale fæudum etiam fœminas admitti plurimis peritorum reſponſis confirmat.

Secundò, quòd hec conceſsio dici poſsit donatio remuneratoria etiam inter viuos, adducitur tex. in terminis. in. c. per tuas extra. de dona. vbi conceſsio fæudi in remunerationem facta, ponitur ſub titulo de donationibus: non autem ſub titulo de fæudis. & talis donatio efficit, vt obligetur ſucceſſor ad implendum & reintegrandum donationem: & iudicatur eſſe donatio, non autem fæudi conſtitutio: Ex qua Epiſcopi ſucceſſor non obligaretur, licet hæredes laici conceſſoris obligentur. vt in cap. pri. §. laici vero. qui ſucceſſores fæu. date teneantur. Si igitur ibi obligatur Epiſcopi ſucceſſor tanquam ex donatione, quantò magis hic in propoſito caſu laicus conceſſor, eiusq; hæres atque ſucceſſor remunerationem implere compellendus eſt: & contractus iure donationis, non iure fæudi intitulandus, & iudicandus per text. prædictum: Maximè, quia in noſtro caſu benemerita præceſſerunt: & pecunia interceſsit: quæ efficit, vt iudicetur alius contractus, quam fæudi conceſsio: & quod eo iure tranſeat ad omnes etiam fœminas. vt per Iaſ. 2. volu. conſil. 122.

Tertiò facit tex. in. l. 2. & in. l. 3. C. de dona. quæ ſub modo. Vbi talis donatio ſeu conceſsio,

que tranſeat de ſucceſſore in ſucceſſorem, gradatim & ſucceſsiuè de iure fieri permittitur: & appellatur donatio ſub modo. Cum igitur formæ qualitates, & effectus donationis ſub modo, & donationis cauſa mortis, & ſubſtitutiones in rebus donatis huic conceſsioni conueniant, cenſenda eſt donatio: quia forma dat eſſe rei: & maximè in feudo alterato ex pacto & prouidentia hominis: quod vt noua forma contractus debet iudicari ſecundum ius ciuile. §. ſed quia natura, vbi dicitur expreſsè, quod noua forma contractus feudalis iudicatur per leges ciuiles: vel à ſimili: iuris ſcripti: non ex conſuetudinibus feudorum: cum res nouæ careant vſu & conſuetudine: & ex conuentione non autem ex conſuetudine legem accipiant: & iudicetur ex conuentionis tenore, non ex natura alicuius conſuetudinis: cum qua nihil commune habent: iuxta. l. iuriſgentium conuentiones. ff. de pact. & alias leges, de donationibus & cæteris contractibus loquentes. Attento quòd non ſumus in feudo proprio ſimpliciter conceſſo, ſed in conuentionali: quod iure contractus deuoluitur: quod longè differt à proprio. vt ſcribit Molyn. in conſuet. Pariſ. §. 33. nume. 133.

Quartò facit, quia contractus debet iudicari eſſe talis in ſui eſſentia, qualis eſt in verborum figura & apparentia: arg. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. l. cum precibus la prima. C. de proba. Bal. in tit. de feu dato in vicem legis commiſſoriæ primo. no. Sed in hoc contractu legitur, quòd Illuſtriſ. Do. Marchio, eo fine, vt Do. Georgius remunerationem accipiat: & ſui poſteri cum effectu perpetuò cognoſcant ſeruitia ab eis præſtita, grata ipſi Illuſtriſ. Marchioni fuiſſe: dedit, donauit, & tradidit: dat, donat & tradit D. Georgio & ſuis deſcendentibus quibuſcunque maſculis, &c. Ecce quòd per hæc expreſſa verba, & per verum donationis & traditionis effectum, demonſtratur fuiſſe celebratum contractum donationis remuneratoriæ, donãdo feudum. Maximè iuncta probatione meritorum, de quibus in literis Marchionalibus numerationis trium millium quinque centum Ducatorum quæ faciunt donationem præſumi vt per Pari. primo. vol. conſi. 23 nu. Cum itaque conueniant nomina, verba, & effectus donationis & diſpoſitionis, conuenit hanc donationem appellare: Et nomina conſequentia rebus imponere. §. eſt & aliud Inſt. de dona. Siquidem nomen expreſſumque facit ceſſare tacitas coniecturas. Nam talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant. Cum ergo verbum donó ſignificet ſubſtantiam & qualitatem actus, ergo hec in effectu eſt donatio. Moueor etiam, quia quando duæ naturæ miſcentur in eodem ſubiecto, fit tertia quædam ſpecies, à ſimplici vtriuſque natura ſeparata: & illa nominari, & iudicari debet à potentiori & præualenti natura & qualitate. l. quæritur hermaphroditum. ff. de ſtatu hominum. Cum ergo præualeat donatio, & potentius operetur quàm precaria feudi cõceſsio, vt dicitur in. l. pri. ff. de precario, ergo contractus mixtus ex donatione & feudi conceſsione debet iudicari vt donatio: tanquam à cauſa potentiori & magis efficaci: non à precaria conceſsione feudi, quæ ſuam naturam amittit intercedente ſtipul. vel ciuili contractu. l. & habet. §. cum autem. ff. de preca. & ita in terminis Tiraq. in lineari retractu. §. 30. fo. 218. pag 2. nu. 8. ex ſententia Oldradi, Alberici, Decij, Aretini, Angeli, Barbatiæ, Bart. & aliorum; de quibus nu. 7. & nu. 11. & 20. vbi affirmat contractum iudicari à præualenti qualitate.

Quintò facit, quia denominatio nominum denominatiuorum ſumitur ex origine actionis verborum, ſecundum Ariſtotelem & Ciceronem in Topicis in argumento à coniugatis: & ſecundum Grammaticos donatio denominatur à verbo dono donas: Igitur denominatio conceſsionis debet à verbo donamus & dedimus in ea poſito, ſumere naturæ contractus proprietatem, & veritatem denominationis. l. ad probationem la prima. C. de probationibus. l. non aliter. ff. de leg. 3. & in clara verborum expreſsione non eſt locus coniecturis. l. Labeo. ff. de ſuppel. legata. Latè his, atque alijs fundamentis nituntur Deci. conſi. 32. & Ang. conſ. 242. qui hanc ſententiam in ſimili cauſa confirmant: qui ea ratione defendunt feudi donationem ad fœminas pertinere: vt rem quamlibet aliam donatam: quòd procedit, etiam ſi donatio effectum pariat conceſsionis feudalis. vt per Tiraquellum loco præallegato fol. 219. nume. 10.

Sextò facit, quia merita præceſſerunt: vt legitur ibi, conſiderans, &c. nu. & probatur per quitationem ſeu recognitionem 3500. Ducatorum, ſed quando pecuniaria benemerita præceſſerunt, contractus à natura feudi deuiat: quia natura feudi incipit à liberalitate concedentis. l. prima. ff. de precario. c. primo. de feu. dato. in vice. l. com. donatio verò remuneratoria in

toria incipit à liberalitate accipientis. l. Acquilius regulus. ff. de dona. Et fæudum proprium eo fine conceditur, vt vaſſallus ad antidoram fidelitatem & perſonalia obſequia erga concedentem obligetur: Donatio verò remuneratoria tendit ad liberandum dominum à naturali obligatione perpetua: & ſic cum habeant diuerſum finem & effectum, vt diuerſa cenſenda ſunt. & quòd fæudum pro bene meritis conceſſum, vel præuia pecunia non ſit fæudum: tenet Hyppol. Riminald. in. §. pri. inſt. de dona. fo. 289. nu. 94. alleg. Iaſ. primo. vol. conſil. 57. nu. 3. Aluaro. in. c. primo. de inueſt. de re alie. fac. vbi tenet, quòd fæudum remuneratorium dici poſsit donatio ob cauſam. Vnde Grat. primo. vol. conſi. 9. nu. 71. in; cauſa ſtatus Montisferrati, in dubio vult, quòd propter præcedentia merita, conceſsio Marchiæ cenſeatur potius donatio, quàm fæudi conſtitutio: Idem ergo iuris in parte quo ad partem Marchiæ, quod in tota quo ad totam. Nam quod iuris Illuſtriſs. Marchio in ſua cauſa æquum putauit, & impetrauit, & ſtatui fecit, non debet in aliena, an æquum ſit, an iniquum, dubitare: Cum etiamſi iniquum exiſtimaret, id ſequi de iure & æquitate ſcripta teneretur. l. pri. quod quiſq; iuris. vnde hec donatio ob benemerita latè in accipientium fauorem eſt interpretanda: vt per Dec. conſi. 498. nu. 10. & 269. nu. 2. Cur. Seni. conſi. 54. nu. 3. Alex. in l. ſi verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati: vbi in dubio iudicatur donatio, potius quàm fæudi conceſsio: & iudicatur in dubio facta omnibus maſculis etiam fœminarum, fauore ſexus maſculini, & qualitatis maſculinæ: & non fauore agnationis: quia expreſſo pacto declarauit, quòd agnati tranſuerſales non poſſent aſpirare ad ſucceſsionem fæudi: & quòd maſculi ſororum admitterentur, & ſuccedant: Quo caſu ſiue ſimus in donatione inter viuos, ſiue cauſa mortis, Maſculorum deſcendentium appellatio complectitur etiam filios maſculos fœminarum: nec reſtringitur ad maſculos ex maſculis. vt latè ſcribit Molyn. in tracta. conſue. Pari. §. 16. fo. 171. nu. 7. ver. hanc conclu. modifico: vbi infinita pro more ſuo allegat.

Septimò facit, quia dubij actus, quorum natura eſt promiſcua, communis, ſiue multa affinitate coniuncta, iudicari debẽt ex proprijs qualitatibus: vt teſtamentũ à codicillis per ſigna dignoſcitur. l. nõ codicillũ. C. de codicillis. l. illud. §. tractari. ff. de iu. codi. l. ſeia. de dot. præle. Oldra. conſi. 159. Sed ex pactis, obligationibus, verbis, ſignis, & alijs notatis in Inſtrumento conceſsionis, & ex ſequentibus fundamentis apparent plura ſigna, pluresq; coniecturæ & præſumptiones donationis veteris fæudi: quàm nouæ fæudi conſtitutionis. Et plura ſigna retentionis & conſeruationis ac cõtinuationis veteris & antiquæ naturæ fæudi: quàm eius corruptionis ſeu nouæ conſtitutionis. Ergo Iudex ſolers & diſcretus & æquitati obſecundare ſolicitus, iudicare debet ſecũdum ſigna & qualitates: quæ præponderant. vt concludit D. Gra. conſi. 90. & pro eo eſt tex. in fæudali materia in d. §. ſed quia natura ver. Bonus enim iudex. que fuit prima cauſa benef. amitten. & in tit. de conſue. rcti fæudi. §. ſacramentum. Ex ijs, atq; alijs, de quibus infra, Concludo hanc eſſe donationem ſub modo: que facta fuit de fæudo antiquo retenta vetere fæudi natura: que inter ſpecies donationum, non inter ſpecies conſtitutionis noui fæudi numeratur. l. pri. ff. de dona & d. c. per tuas extra. eo. Et in ſimili cauſa iudicata fuit donatio plurimis reſponſis prudentum: quæ eam vim atq; autoritatem ſortiri debẽt, vt iudicibus recedere à reſponſis eorum non liceat: vt eſt conſtitutum in. §. reſponſa prudentum inſt. de iure nat. gent. & ciui. vnde hanc ſententiam ſecuti ſunt Dec. conſi. 32. & 160. & 269. 390. 468. 498. Oldra. conſi. 459. Alex 5. vol. conſi. 4. nu. 17. Pau. de Caſt. 2. vol. conſi. 164. Ang. conſi. 242. Grat. pri. vol. conſi. 9. nu. 136. quòd qualitates conceſsionis quæ magis congrunt donationi, quàm fæudo, debent iudicari vt contractus: atentis etiam ſolemnitatibus. vt diximus not. 2. & cum conueniant naturalia & ſubſtantialia vt per Bal. 3. volu. conſi. 101. Card. conſi. 64. Bart. in. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cauſa mor. Bald. in. l. 2. ff. cõmo. Fæudiſte in prælu. fæud. Soci. Seni. 2. volu. conſil. 167. Alber. in rub. de dona. Guydon. pap. quæſtione. 48. Bru. conſil. 43. & 48. Rui. primo. volu. conſi. 2. Gozadi. 1. volu. conſi. 62. Bru. conſi. 36. Sigiſmund. inter conſil. fæu. conſi. 3. nu. 30. Scarampus inter conſil. feud. conſi. 111. Rui. 2. vol. conſil. 23. Tiraquellus in retrac. fol. 11. Ita quòd non eſt amplius dubitandum, an hec ſit donatio, cum legem, autoritatem & rationem habeamus: & tot peritorum reſponſa hanc eſſe donationem confirmantia: quæ dicunt hanc eſſe eam ſpeciem donationis, que ſub modo fieri dicitur de vetere fæudo & antiquo factam, & non nouam fæudificationem. vnde & hec eſt iudicanda donatio, & habere effectum contractus & obligationis tran

nis tranſmiſsibilis ad omnem poſteritatem deſcendentium maſculorum etiam ex fœminis liberorum Georgij, maſculis præcipuè non extantibus iure contractus & non iure fœudi iudicari debere per ius commune Romanorum & non conſuetudinem fœudorum, per ea quæ præmiſimus.

Non obſtant modo in cõtrarium adducta: Quia reſpondetur, vt in præfationibus diximus: quòd eſt differentia non leuis inter conceſsionem nouam, & nouam conſtitutionem fœudi: quia noua conceſsio fieri poteſt etiam de vetere beneficio à nouo domino, & nouo vaſſallo: etiam cum nouis pactis fœudum antiquum alterantibus: & tamen fœudum quod conceditur, non erit nouum, nec mutabit ſuam primordialem naturã per talem conceſsionem: nam noua qualitas non facit fœudum nouum, niſi in ea: in reliquis autem cõtinuatur antiquitas fœudi vt ſcribit Moly. in conſu. Pari. §. 25. fo. 266. nu. 5. quod infra latius probabimus. Nam primo probatur ea differentia inter nouam conceſsionem factam de vetere beneficio, & nouam conſtitutionem, id eſt, conceſsionem noui fœudi conſtitutiuam, per tex. in c. primo. per quos fiat inueſtitura: quia illa conceſsio de vetere beneficio à pupillo, ab Epiſcopo, & alio Prælato fieri poteſt. c. primo. Epiſcopum vel Abba. c. per tuas & ſequenti. extra. de dona. Noua vero conſtitutio tantum ab eo fieri poteſt, qui habet liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem vt in d. tit. per quos fiat inueſtitura. Inſuper illa conceſsio, que de vetere fit, probatur per quoſcunque teſtes, Hec autem noua conſtitutio pro forma requirit teſtes Pares: alias non valet. c. primo. §. noua. qui teſtes ad proban. nouam inueſt. ſint neceſ. Quòd autem fœudum etiam de nouo conceſſum de vetere beneficio nihilominus remaneat antiquum ſeu paternum, probatur in titu. de vaſſallo decrepitæ eta. Et quòd fœudum pactis alteratum in parte, in cæteris retineat antiquam naturam, probatur in cap. primo. de fœudo non habente naturam proprij fœudi. & in l. proponebatur. ff. de iudicijs. Vnde non ſequitur, quòd ſi conceditur fœudum à nouo domino nouo vaſſallo cum nouis pactis, debeat eſſe totum fœudum nouum: Nam ſi quis de antiquo fœudo vult nouum facere: requiritur, quòd pœnitus extinguat antiquam naturam veteris fœudi: quod Galli dicunt fieu amorti, ſeu amorticement. Et requiritur nominatum fiat fœudum nouum, & illud nominatim exprimatur: alias intelligitur continuata prior natura. Et ideo Epiſcopus fœudum ad ſe deuolutum & finitum vt antiquum, cui vult ſine licentia Papæ, ſine periurio alienat: quia remanet natura antiqua in ipſo fœudo reuerſo. vt decidit tex. in d. c. ex parte ex. de fœu. facit tex in l. ſed ſi manente. ff. de precario, vbi manente prima natura precarij, ſi continuatur in longius tempus eodem precario perſeuerante, manet antiquum precarium. Et ſic res facta alienabilis, ſemper retinet naturam alienabilem. l. cum pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. Sic fœudum tranſmiſsibile perſeuerat cuicunque donetur: Et Dominus qui dicit fęudum nouum, tenetur legem apertius dicere, & manifeſtè probare: vt in tit. de ſucceſ frat. & gra. ſucce. in fœu. Et tenetur probare per inueſtituram que habeat teſtes Pares, id eſt, qui ſint condomini aliquorum locorum: & qui teneant fœuda ab eodem domino: & qui iurauerint ipſi domino fidelitatem pro aliquo fœudo. vt in ti. de controuerſia fœudi apud Pa. ter. Ex ijs igitur admitto fuiſſe nouam conceſsionem de vetere beneficio: non æquè illud admitto, quòd fuerit noui fęudi conſtitutio. Cum igitur hæc ſint ſeparata, nõ ſequitur eſt noua conceſsio, ergo per eam conſtituitur nouum fęudum, ſeu noua natura fęudi: Sed dici poteſt noua donatio fęudi in vetere natura permanentis. Vnde pacta ex vetere natura deducunt interpretationem cõtinuatiuam antiquę naturę & ſubiectę materię ſpecialis & proprię, tranſibilis ad fœminas & earum liberos: Nam interpretatio fieri debet ex bono & ęquo: & extenſio ex æquitate facienda. vt per Moly. in conſue. Pariſ. §. 25. fol. 221. nume. 4. & 6. Nunc reliquum eſt. P. C. vt euellam ex animis hominum vulgarium regularum inſitam opinionem: Quod opus non noſtri ingenij, ſed veſtri auxilij eſt Patres: quorum munus eſt, calumnias à iudiciorum ſacrario profligare: & iuſta decernere. Nos itaque ſic obiecta diſſoluimus.

Et primò non obſtat, quòd in hac inueſtitura non fuerit ad literam expreſſum, quòd fœminę & earum liberi admittantur: ſicut in inueſtitura Epiſcopi: quia quando donatur fęudum retenta vetere natura & conceſsione, intelligitur donatum cum omnibus qualitatibus ſuis antiquis: & ideo par eſt virtus tacitę renouationis, & expreſſę declarationis: quaſi ipſa rei natura & vetere inueſtitura in noua conceſsione loquente: expreſsio enim eius quod tacite in

cite ineſt, nihil operatur: Amplius dico, quod etiam iſta ſecunda conceſsio facta de vetere beneficio, cum pacto quod filij ſororum ordine ſucceſsiuo ſuccedant, habet in ſe pro expreſſa à iure hanc conditionem, ſi ſine ſuis liberis tam ex maſculis quàm ex fœminis decedat. l. cum auus. ff. de cond. & demonſt. l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. cap. primo in fin. de duob. frat. à cap. inueſt. quia lex fingit & ex præſumptione iuris & de iure diſponit, quod id fuerit dictum: ſed quod minus ſcriptum ſit. Et ideo pro expreſſo eſt, quod à iure ſuppletur & exprimitur. Poſtremò dicendum eſt, quod contrahentes expreſſerunt etiam de fœminis, dicendo, quod omnes deſcendentes ſecundum diſpoſitionem iuris communis ſuccedant: quia id dicitur expreſſum re, & verbis, quod continetur ſub generalitate verborum vel etiam in eo, ad quod fit relatio. vt in authentica. ſi quis in aliquo documento, &c. vt inquit Bald. in. l. Gallus. §. nunc de lege in finalibus verbis. ff. de lib. & poſth. facit tex in. l. prima. & ſecunda. vbi Doct. eodem tit. vbi dicitur nominatim exhæredatus, qui ſub generalibus verbis eſt deſignatus. Et quia quemadmodum conuentio in caſum deceſſus ſine liberis maſculis vocauit filios ſororum, ita filij maſculi poſiti in conditione & pariformi determinatione cum filijs ſororum cenſentur vocati. Nam etiam ſuccedunt inhabiles in fæudo vocati pariformi determinatione & præſumptione à iure expreſſa. doc. in tit. de duob. frat. à capit. inueſtit.

Non obſtat tertia ratio dubitandi, quia reſoluitur, vt in ſecunda quæſt. principali dicetur. At nunc reſpondeo, quod non attenditur denominatio contractus, quando effectus & natura actus non conueniunt. vt per Moly. in conſuet. Pari. §. 23. nume. 51. vnde verba tunc impropriantur, & non mutant ſubſtantiam rei. l. aſſumptio. ff. ad muni. & quia dicta verba in fæudum Nobile, Gentile, & rectum non ſignificant fæudum proprium: ſed fæudum alteratum ex pacto & prouidentia hominis: in quo fœminæ & earum liberi ſuccedunt. vt per Goza. conſil. 7. nume. 26. & 27. Gratum. primo. vol. conſil. 9. nume. 51. Pari. primo. volu. conſil. 23. nume. 34.

Non obſtat poſtremum fundamentum, quod fit ex pacto: Quod tranſuerſales non ſuccedant. iux. tit. de duob. fra. de nouo benefi. inueſt. & iux. tit. de gra. ſucceſ. in fæu. vt ex eo pacto cenſeatur factum fæudum nouum, Quia retorquetur argumentum: Nam ſi fuiſſet donatum tanquam fæudum nouum, illud pactum nihil operaretur: & eſſet omnino ſuperfluum: & non eſt veriſimile, quod Proceres & Conſiliarij, de quorum conſilio fuit formatum Inſtrumentum, fruſtra id appoſuiſſent. Neceſſario itaque infertur, quod fuit donatum & conceſſum fæudum tanquam Paternum Nobile & Antiquum: vt pactum ſortiatur operationis effectum. Nam exceptio tranſuerſalium declarat regulam præcedentem loqui de fæudo antiquo. l. nam quod liquide. ff. de pen. lega. Et cum ea verba ſint appoſita aduerſatiuè & illatiuè ad præcedens pactum: quod omnes deſcendentes ſuccedant: id quod importat dictio, ita quod agnati &c. Ideo vt dicta aduerſatiua fungatur ſuo munere, neceſſe eſt fateri, quod id feudum antiquum potuiſſet tranſuerſales agnatos admittere, niſi pacti exceptio aduerſaretur & obſtaret: ideo ſubtili conſideratione vſi ſunt contrahentes verbo iuris, aſpirare non poſsint: quia ſi forte agnati aliquando dicerent deſcendentibus ex fœminis, vos non poteſtis aſpirare ad ſucceſsionem huiuſmodi per tex. in. c. pri. de ſucceſ. frat. Et hoc ex iuris fæudalis diſpoſitione, vt ibi in text. legitur verbũ aſpirare, ita voluit Illuſtriſs. Marchio quod proles fœminei ſexus eodem verbo retorquere poſsit ipſis tranſuerſalibus agnatis: Imo vos non poteſtis ad id aſpirare ex maiorum prouidentia & pacto: & ſic per eiuſdem verbi alluſionem voluit fœmineæ proli notare exceptionem: qua tranſuerſalium telum retorqueant: vnde cum ſimus in fæudo alterato pacto, quod omnes deſcendentes ſuccedant & non tranſuerſales, etiam fœminæ vocantur per verbum deſcendentes: vt per Goza. conſi. 7. nu. 42. & conſi. 8. nu. 52. & conſi. 9. nu. 48. Pari. primo. vol. conſi. 23. nu. 38. Vnde reſolutis dubitandi rationibus firma remanet concluſio quæſtionis, quod hec fuit donatio remuneratoria fæudi antiqui ad fœmineam prolem tranſmiſsibilis, Agnatis & Domino excluſis ex fæudi originali natura & ex verborum generalitate & figura, ac ex legali coniectura ab imperatore declarata: quæ ſophiſticam interpretationem calumniãtium nullo modo poteſt admittere: ſed per eam omnes deſcendentes ſubordinatè ad ſucceſsionem fæudi vocantur vt per Pari. pulchrè. primo. vol. conſi. 23. nu. 129. Goza. conſi. 7. nu. 51. Grat. primo. vol. conſi. 9. nu. 79.

SECVNDA PRINCIPALIS QVAESTIO

Quibus Perſonis ſit facta Donatio.

NVNC videndum, Quibus Perſonis ſit facta ea antiqui fæudi donatio: & qui per eam ſint ad fæudum vocati. Et primo aſpectu dubium facere videtur, quia vocati tantum videntur maſculi ex fœminis, & non fœminæ, ſeu maſculi ex eis, quadruplici ratione.

PRIMO. Quia donatio facta eſt tantummodo Domino Georgio, & quibuſcunque deſcendentibus ex ipſo, & ex eius deſcendentibus maſculis: Quæ verba, agnatorum tantum incluſiua, fœminarum vero ac ex eis deſcendentium cognatorum eſſe excluſiua videntur: & fauore agnationis poſita. vt tradunt doctores in. l. Gallus. §. nunc de lege.

Secundò. Quia licet lata ſignificatio verborum, videatur etiam maſculos ex fœminis complecti, tamen verba licet vniuerſalia, & cum dictione quibuſcunque, debent regulari ratione ſubiectæ materiæ & ad capaces reſtringi. l. ſi vno. ff. locati.

Tertiò ex eo: quòd contrahentes, quando voluerunt loqui de maſculis ſororum, id nominatim expreſſerunt: vnde ſi voluiſſent intelligere de maſculis filiarum, id vtiq; veriſimiliter expreſſiſſent. arg. l. vnicæ. §. ſinautem ad deficientis. C. de cadu. tollen.

Quartò, faciunt. quæ tenuerunt Iaſ. & aliqui doct. in. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſth. quòd ſi fæudum concedatur alicui & ſuis deſcendentibus maſculis, intelligitur tantum de deſcendentibus per virilem ſexum factam fuiſſe conceſsionem. Et hæc ſunt quę in hanc ſententiam inclinare videbantur, & dubium articulum reddere in eo, quòd ſolis per virilem ſexum deſcendentibus donatio facta intelligatur.

Hic patentior calumniæ aduerſæ parti campus aperitur: proſpicio quantum mihi in ea re ad veritatem demonſtrandam ſit elaborandum. Sed ea me res conſolatur, quòd apud doctiſsimos atque æquitatis & iuſtitiæ cultores Patres res agitur: Nemo enim eſt, qui acuto Fiſcalis Aduocati ingenio poſsit ſine veſtro ſubſidio reſiſtere: tam callidæ ſuaſiones animos hominum ſolent obripere. Veruntamen prædictis omnibus non obſtantibus, attento maximè quòd ſumus in materia remuneratoria & fauorabili, contrariam ſententiam & veriorem & æquiorem, ac contrahentium menti magis conſentaneam atque iuri congruam exiſtimo: videlicet, quòd quibuſcunque deſcendentibus maſculis procreatis, ſeu procreandis ex ipſo Georgio & ſuis deſcendentibus maſculis, etiam per fœminas donatio facta fuerit. Quòd pluribus rationibus confirmatur ſic intelligi & iudicari debere vt per Goza. conſil. 8. numero. 56. Grat. primo. volumi. conſil. 9. numer. 71. & conſil. 26. nume. 17. & conſil. 56. nume. 18. vltra ea quæ ſequuntur.

PRIMO per text. in cap. primo. de fæud. non haben. prop. nat. fæud. vbi Bald. Præpo. Alua. Iſernia. Afflic. & omnes notant. quòd verba generalia & ampliatiua in conceſſione fæudali appoſita, non recipiunt reſtrictionem: ſed debent operari extenſionem & alterationem naturæ fæudi: cum tenor verborum inueſtituræ deroget omni fæudorum naturæ. cap. primo. de duob. frat. à cap. inueſt. vbi Bald. Cum ergo ſimus in fæudo alterato & improprio atque conuentionato, & ex hominum non legis prouiſione contracto & conſtituto, verba generalia & extenſiua debent extendere diſpoſitionem eatenus, quatenus verborum ſignificatio extenditur: per ſupradicta, quod probatur etiam manifeſta ratione. Nam ſi ratione ſubiectæ materiæ recedamus à ſignificatione verborum, non eſſet dare fæudum improprium, & quod non habeat naturam propriam fæudi: quia ſemper verba impropria-

tentur

rentur per ſubiectam materiam & nunquam poſſet alterari natura fœudi: Sed conſequens falſum eſt: toto tit. de fœud non haben propr. natu. fœud. ergo & antecedens arg § ſed quia fœmineum de fœud. fœmi. Et hoc alia ratione confirmatur: quia prouiſio hominis ceſſare facit prouiſionem iuris fœudalis: ideo in fœudo ex pacto & prouidentia hominis non eſt recedendum à generalitate verborum conuentionis: & generalis oratio pacti, generaliter intelligenda eſt, quauis legis prouiſione ceſſante: cum hoc fœudum non fuerit gratuitum, ſed pretio interueniente conceſſum: quod facit fœudum tranſmiſsibile ad fœminas. vt per Goza. conſi. 8. nume. 55. & conſi. 9. nume. 47. vltra quos eſt text. in tit. de benefic. fratrum, ibi, niſi de communibus bonis fuerit emptum: & de fœud. dato mini. valua. ibi, niſi benefi. vendiderint: vbi pretium facit, vt beneficium transferatur alterata fœudi natura.

Secundò facit tex. in cap. primo. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis, &c. vbi eſt tex. quem ibi Bald. notat, quòd in fœudali materia, appellatio deſcendentium maſculorum propriè compræhendit etiam maſculos ex fœmina. Nam nepotes ſiue pronepotes; ſiue per maſculos, ſiue per fœminas naſcantur, dicuntur naſci ex corpore primi parentis. & ibi eſt text. vt not. Bald. quòd deſcendens maſculus ex fœmina vigore verbi maſculus, vocatur ad ſucceſsionem fœudi: remouendo à ſucceſsione fœminam, iam aliàs admiſſam: & que dominum excluſerat: eo quòd maſculus ſit, licet ex fœmina prouenerit. Vnde clarum eſt, quòd hæc dictio maſculus, etiam in materia fœudali, de propria ſignificatione includit maſculos ex fœminis: & ponitur ad ſexus diſcretionem, non ad agnationis prærogatiuam: ſed ſolum ad excluſionem domini, & ad prælationem fœminæ iam admiſſæ: & vt ſubordinentur deſcendentes. vt per Pari. primo. volu. conſi.

Tertò facit regula, quòd cui conueniunt verba diſpoſitionis & donationis, eidem conuenire debet effectus conceſsionis: ſed donatio facta eſt quibuſcunq; maſculis, ſupplicantes ſunt maſculi ex Georgio, & primo ſtipite deſcendentes vt Bald. notat in. d. titu. de eo qui ſibi & hæredibus. & pariter deſcendere dicuntur ex deſcendentibus maſculis dicti Georgij; licet per fœminas deſcendant: Et ſic in eis verificantur donationis verba, vt etiam ipſi maſculi ex fœminis in fœudali materia compræhendantur: tam ex pacti conuentione, quàm ex fœudalis iuris diſpoſitionem: Facit, quia legitur facta donatio quibuſcunque maſculis: que dictio non poteſt reſtringi ad habiles, ſed compræhendit etiam inhabiles, vt ſcribit Magni. D. Senator Natta reſpon. 159. pag. 415. nu. 8. col. 2. Et ideo fœminarum maſculi ſuccedunt in fœudo filijs ſororum aperto, quando maſculi non ſuperſunt. Grat. conſi. 9. nume. 156. quia eis ineſt qualitas maſculina vt Grat. primo. volu. conſil. 3. nume. 11. & 12. & 23.

Quartò ex natura verbi deſcendentes: quod verbum ex iuris diſpoſitione & legis interpretatione, de ſui natura & proprietate complectitur tam maſculos quàm fœminas: & tam deſcendentes ex maſculis, quàm ex fœminis: vt diſponitur in. §. ſi quis igitur deſcendentium in authentic. de hæred. ab inteſt. venien. vbi expreſſe cauetur, deſcendentium appellatione contineri omnes liberos cuiuslibet naturæ & gradus: ſiue ex maſculorum, ſiue ex fœminarum genere deſcendant: & in. l. ſi qui inceſti. C. de inceſtis nuptijs. & in. l. fin. C. de ſuis & legitimis, vbi exponitur ab Honorio, Arcadio, & Iuſtiniano verbum deſcendentes, id eſt, filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis. & quòd in fœudo ex pacto & prouidentia hominis, deſcendentium appellatione veniant cuiuſcunq; ſexus deſcendentes, tenent Alex. conſi. 159. Soci. 4. volu. conſi. 51. Sigiſmundus Neap. conſi. 39. nume. 9. Pari. 2. vol. conſi. 51. nume. 3. & 87. nume. 24. & conſi. 2. nume. 17. & conſi. 26. nume. 4. Deci. conſi. 364. 413. nume. 11. 269. nume. 3. Alex. conſi. 24. volu. 5. Franc. Curt. conſil. 64. Marian. Soci. primo. volu. conſil. 80. 81. 165. & alij. Quo poſito, determinatio facta per verbum maſculis operatur effectum diſcretionis ſexus maſculini à ſexu fœminino tantum: & non deſignationem vel fauorem agnationis. Vnde donatio ſemel determinata per contrahentes per hoc verbum maſculis, non debet iterum determinari per litigantes: vt de maſculis agnatis tantum, non de cognatis intelligatur. Non enim licet determinare verbum alterius determinatiuum: quia eſſet velut reſtringere reſtrictionem, impropriare improprietatem, & fingere fictionem: quod non licet etiam abuſiue facere. vt per Bart. in. l. ſi quis pro emptore, ff. de vſucap.

Quintò facit, vt non liceat determinare & reſtringere verbum maſculis à ſua lata ſigni-

ficatione contra voluntatem contrahentium; qui voluerunt ampliare & extendere ſignificationem huius verbi maſculis, per verbum quibuſcunque: vt ad quoſcunque deſcendentes maſculos porrigatur: que dictio eſt dupliciter diſtributiua: vt declarat Bart. in l. hoc articulo. ff. de hæred. inſti. Nam pronomen quicunq; collectiuum eſt, & vniuerſale diſtributiuum duplex: dictio vero quilibet eſt particularis diſtributiua: Sicut ergo dictio quilibet attribuit effectũ ſingulis indiuiduis vnius generis, ita dictio quibuſcunq; attribuit ipſis generibus ſingulorum donationis effectum: Cum ergo ſint tantum duo genera maſculorum deſcendentium, ſcilicet, vnum eorum qui per maſculos, aliud eorum qui per fœminas deſcendunt, dictio quibuſcunq; neceſſario effectum donationis vtriq; generi attribuit: non autem tantum ſingularibus perſonis vnius generis: quod eſſet officium particularis diſtributiui. vt igitur dictio quibuſcunque non aſſumat naturam alterius diſtributiui, & ne improprietur & corrumpatur eius verbi natura, & mens contrahentium anguſtetur, neceſſe eſt dicere, quòd etiam maſculis ex fœminis donatio facta intelligatur. Et ſi vlterius quis cauſſoſè neget maſculorum appellatione contineri maſculum ex fœmina natum, oſtendat mihi hominem maſculum, qui non ſit natus ex fœmina: & ei credam. vnde iſta qualitas maſculina de ſui natura eo proprietate verbi, & de neceſsitate, etiã maſculos natos ex fœmina compræhendit, atque ſignificat. Itaque ſuper eo non poteſt fieri fundamentum: quòd hoc verbum maſculis quibuſcunque, etiam milies repetitum, natos ex fœmina excludat: Semper enim ſui natura & ſignificatione illos compræhendit, & neceſſario includit, ſine maſculinitatis paternæ differentia. vnde eſt conſtituere differentiam, vbi non eſt, nec eſſe poteſt: per dictam irrationabilem & iuri contrariam interpretationem: que diſtinguere non poteſt, vbi contrahentes generaliter & indiſtinctè locuti ſunt.

Sextò moueor auctoritate ſcribentium: à quorum reſponſis Iudici recedere non licet: vt eſt conſtitutum in d. §. reſponſa prudentum inſti. de iure nat. gen. & ciuili. Namq; in terminis noſtris, quoties conceditur fæudum pro ſe & deſcendentibus quibuſcunque, ſeu hæredibus quibuſcunque, licet verbum hæres ſeu deſcendens in materia fæudali & de iure ciuili antiquo, de maſculis tantum intelligatur. §. ſimiliter de lege Conradi. l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. tamen ſi addatur verbum quibuſcunq;, compræhenduntur etiam alij extranei, & aliàs de iure fæudorum excluſi & incapaces: ita in terminis voluit Bald. in. l. cum virum, C. de fideicom. & in cap. imperialem de probi. fæud. alie. per Fed. & in rub. de rerum diuiſ. Dominus Antonius Rubeus Alex. in. l. quæſitum. §. ſed & ſi quis. num. 39. ff. ſi quis cau. & in l. Gallus. §. quidam rectè col. 5. ff. de lib. & poſth. ſubtilis Carolus Ruinus. in l. hoc edicto. §. nuntiatio. nume. 127. ff. de noui. ope. nuntia. vbi expreſsè voluit, quòd dictio quibuſcunque, in hominis conceſsione fæudali non reſtringatur ad habiles: ſed compræhendat etiam inhabiles. Quinimo & Crotus. in. d. §. nuntiatio nume. 54. vult, quòd appellatione quorumcunque deſcendentium in materia fæudali etiam fœminæ compræhendantur. Hanc ſententiam confirmat ſubtilis præceptor noſter Marianus Socinus. in. l. Gallus. §. nunc de lege velleia. ff. de lib. & poſt. & in. l. cum auus. ff. de condi. & demonſt. quem refert, & ſequitur Soci. Iunior. 3. volu. conſi. 78. & conſi. 110. Rui. conſil 49. nu. 6. volu. primo. Iaſ. 4. volu. conſil. 115. Magnific. Senator Dominus Antonius Natta. 164. reſponſo. nume. 11. Magnific. Senator Dominus Rolandus della Valle in tract. ſtatuti Caſalen. quæſt. 54. Grat. primo. volu. 16. reſponſo. nume. 55. & 56. Cum ergo hec opinio ſit fundata lege, auctoritate, ratione, contrahentium voluntate, non eſt ab ea recedendum. Nam expreſſa verborum vniuerſalium & indefinitorum oratio potentior eſt, quàm tacitæ mentis captioſa interpretatio: ex doctri. Bald. in. l. Gallus. §. nunc de lege in fine.

Septimò facit, Quia quando fæudum ſemel aſſumpſit vnam naturam tranſmiſsibilem ad fœminas & maſculos ex eis, fæudum id efficitur conditionis & naturæ tranſmiſsibilis. l. cum pater. §. quindecim. ff. de leg. 2. Sed per inueſtituras Reuerendiſs. Epiſcopi, conſtat hoc fæudum originaliter fuiſſe eius conditionis & naturæ, vt ad fœmineam prolem tranſeat: ergo licet donatum eſſet de nouo, intelligitur donatum ſecundum ſuam originalem conditionem & naturam. ita vult text. in terminis in cap. primo. de ſucceſſ. fra. & gra. ſucceden. in fæud. ibi, niſi eius conditionis ſit fæudum. Ratione igitur ſubiectæ materiæ & conditionis ac naturæ ſpecificæ huius fæudi, debemus intelligere, vt donatio continuauerit ſuam

condition

conditionem & naturam primæuam fæudi. l. ſi pluribus. §. ſi vna. ff. de verb. oblig. l. ſi vous verſic. quid in ſpecie. ff. de pact. maximè, quia interpretatio debet fieri contra dominum, & concedentem fæudum. l. veteribus. ff. de pact. & pro fœminis, vt ſcribit Goza. conſil. 11. nume. 9. cir. fin. Nam maſculina generatio comprahendit etiam filios fœminarum: vt voluit Petrus de Ancara, conſi. 160. cui D. Flor. & alij ſubſcripſere. Bald. 2. vol. conſil. 117. & 118. maximè concurrente influxu antiquæ & altioris inueſtituræ: vt tradit Ferretus. conſil. 105. primo. volu. per totum. Cur. conſil. primo. poſt tract. fæud. Socin. Campeg. & Iaſ. inter conſilia Bru. conſi. 9. 10. & 11. maximè, quia lex vniuerſaliter loquens, non reſtringitur ab homine. l. Iulianus. in princip. ff. de leg. 3. Conceſsio autem principis eſt lex. l. pœn. C. de donat. inter virum. & vxo. Ergo conceſsio legis principis vniuerſaliter loquens, non debet reſtringi ab hominis interpretatione.

Octauò facit, Quia maſculi poſiti in conditione ad excluſionem maſculorum ex fœminis, id eſt, filiorum ſororum Domini Georgij vt legitur. nume. 38 neceſſariò includunt in donatione & conceſsione ſimiles maſculos ex fœminis deſcendentes, ſub eadem determinatione comprahenſos. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. Gratus. conſil. 51. nume. primo. & ſecundo. quia maſculi nullibi ſunt excluſi, ſed expreſsè etiam fœminarum ſororum vocati in vno caſu: ergo & in alio, in quo eadem ratio eſt, vocati ſunt: vt idem Gratus inquit, eo. volu. conſil. 9. nume. 168. Conditio enim deſcendentium maſculorum denotat prælationem qualitatis conſimilis eorum: & quòd teſtator voluerit ſuos deſcendentes maſculos ex fœminis præferri deſcendentibus maſculis ſororum: que conditio, etiam ſi non eſſet appoſita, lex eam ſuppleret: & fingeret appoſitam & dictam, & non ſcriptam. l. cum acutiſsimi, & l. cum auus. ff. de condi. & demonſt. l. tale pactum. § fin. ff. de pact. l. ſi pactum. ff. de proba. & non eundo per ſuffragia iuris ciuilis, vbi habemus in terminis conſtitutionem iuris fæud. videlicet, text. in cap. primo. de duob. frat. à cap. inueſt. vbi lex contra tenorem conceſsionis, que dicebat, quòd quandiu ipſi fratres viuerent, fæudum haberent: & eis deficientibus fœminæ. Et ſic per dicta verba, fœminæ videbantur (quandiu fratres viuerent) fuiſſe excluſæ: tamen ex coniectura. l. cum auus, admittuntur fœminæ maſculo patruo excluſo. Cum igitur ex voluntate & conditione expreſſa contrahentium maſculi deſcendentes prælati ſint, verbisq; vniuerſalibus vocati: & iuris interpretatio concurrat, ceſſare debent contraria hominum ſophiſmata, legi & iuri fæudali repugnantia, & naturali rationi atque æquitati aduerſa: tanquam continentia maximum vitium. iux. l. maximum vitium. C. de lib. præt. & iniquitatem inexplicabilem, & iuri aduerſam. Maximè, quia in fæudo conditionato & improprio, quale eſt hoc, fœminæ admittuntur. vt per Grat. conſil. 9. nume. 154. & concurrentibus tot qualitatibus iuramentum datur fœmineæ proli: vt per Goza. conſil. 11. numero. 18.

Nono facit, Quia quando in vna parte diſpoſitionis per contrahentes declaratur, quòd qualitas maſculina nõ fuit appoſita fauore agnationis, ſed cauſa fœminei ſexus diſcretionis, & maſculorum prælationis, etiam alia pars intelligenda eſt ſecundum declarationem eiuſdem intentionis: ſed dictio maſculis appoſita verbo collectiuo, filios maſculos ſororum, apertè declarat mentem Domini Georgij & contrahentium fuiſſe, vt maſculi ex fœminis vocarentur: & ad fæudi ſucceſsionem admitterentur. Ergo idem eſt dicendum in ſuis deſcendentibus, vt voluerint eos comprahendi ſub ea dictione quibuſcunque deſcendentibus maſculis: ita in terminis tenet Soci. in. l. Gallus. §. nunc de lege. & Aret. loco præallegato. ff. de lib. & poſth. Cum igitur expreſsè ſit declaratum, quòd ſub donatione facta maſculis quibuſcunque, deſcendentibus ex Georgio, & deſcendentibus ſuis etiam comprahendantur filij ſororum, dummodo ſint maſculi, non poteſt negari, quin verbum maſculis in donatione poſitum, etiam filios ſororum, & conſequenter filios fœminarum comprahendat: & quin etiam de eis intelligatur. Et negari non poteſt, quin eis quoque facta donatio ſit: vnde vnum & idem verbum in eadem oratione & diſpoſitione poſitum, non debet diuerſimode ſumi. Cum igitur hoc verbum maſculi, neque propriè neque impropriè ſumptum, excludat filios fœminarum, non debet per ſubauditos intellectus trahi ad id, quod neque propriè neque impropriè ſignificat: contra eius naturam & ſignificandi rationem, vt per Bart. in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. Nam vna pars conceſsionis declarata, vt ad filios fœ-

minarum excluſo domino pertineat, aliam declarat, in qua efficacior ratio dominum excludit per text. in. l. qui filiabus in princi. ff. de leg. primo. Barto. in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. cum ſimilibus. Cum ergo deſcendentes maſculi Do. Georgij diſpoſuerint de hoc fæudo in alios maſculos deſcendentes, ac etiam in fœminas, eas dotando, meritò non ſunt mutanda, quæ certam interpretationem ſemper habuerunt. Et ex ijs indubitanter concludendum eſt, etiam filios maſculos fęminarum in donatione comprehendi ex mente & verbis contrahentium: quia verbum maſculus indiſtinctè prolatum & vniuerſaliter, cum dictione quibuſcunque, hoc efficit: vt declarat ſæpe allegatus Bald. poſt glo. in. l. Gallus. §. nunc de lege in final. verbis. Et non opus eſſet tòt verbis in re manifeſta vti: niſi cum acuto ingenio hàc atque illhàc perfluente, mihi eſſet diſputatio.

Decimò & vltimò facit, Quia tempore mortis domini Ioannini, & tempore mortis Do. Bartolomei aderant etiam nepotes maſculi ex filiabus eorum præmortuis: qui de iure communi obtinebant primum gradum: & de iure communi ſublata matre primum gradum obtinebant, & immediatè ſuccedebant auo. §. poſthumorum inſt. de exhæ. lib. Bald. Cyn. & alij in authentica ceſſante. C. de lib. præt. & in. l qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. hæred. Ideo dicuntur immediatè ex iuris interpretatione deſcendere ab auo: & eidem ſuccedere in locũ filiorum primi gradus aui, matre de medio ſublata. Cum igitur lata debeat fieri interpretatio deſcendentium, etiam ad eos porrigitur deſcendentium maſculorum ſignificatio, qui immediatè ab auo iuris conſtitutione deſcendere finguntur. Ex quibus manifeſtè conſtat Dominos deſcendentes ex Ioannino deſcendente maſculo etiam per fœminas compræhendi, & ipſis intelligi debere factam donationem: maximè, cum ſublata iam foret de medio aliquorum deſcendentium mater, quando auus deceſsit. aut ſaltem hic caſus, qui non eſt iure fæudali deciſus: & tanquam noua naturæ forma à iure ciuili iudicandus: & non à fæudi conſuetudine excludendus. d. § ſed quia natura: quæ fuit prima cauſa benf. amit.

Non obſtant modò rationes ſupra in contrarium adductæ. Et primò quòd ſolis maſculis per lineam maſculinam deſcendentibus ſit facta donatio & conceſsio: quia id falſum eſt per prædicta. Nam iſta negatiua indefinita, non eſt facta conceſsio niſi maſculis ex maſculis & non fœminis ſeu maſculis ex eis procreatis, redditur falſa ſolum ex eo, quòd ſunt vocati per eam filij ſororum, qui non ſunt maſculi ex maſculis. Vnde præſuppoſitum eſt falſum & in ea parte & in omnibus. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dubijs. Itaque locus eſt Dialecticis, quòd ex falſis, nil niſi falſum reſultat. arg. tit. de fæud. fęm. vnde etiam reprobatur ex ijs, quæ dicuntur, & notantur in notabilibus: Ex quibus conſtat omnes deſcendentes etiam per fœminas vocari: vt legitur not.

Non obſtat vtique, quòd verba reſtringi debeant, vt conueniant materiæ ſubiectæ. Nam cum ſimus in materia ſpeciali fæudi antiqui & fœminei, alterati ex pacto & prouidentia hominis attendi non debet generalis natura fæudi proprij ex prouidentia legis: que eſt diuerſa valde ab hoc fæudo conuentionato & non habente naturam proprij fæudi. vt per Pariſ. 1. volu. conſil. 65. nume. 31. & 14. Vnde ex diuerſis & ſeparatis non infertur: maximè, cum ſemper debeat attendi id, quod ad ſpeciem directum eſt: quod generali fæudorum naturæ derogat. l. in toto iure. ff. de regu. iur. Et cum ſpecialis prouiſio hominis deroget generali prouiſioni legis, debent verba ſumi, vt conueniant naturæ huius fæudi ſpecialis, recti, alterati: in quo fœminæ ſuccedunt: & non illa generalis & abſoluta puri & proprij fæudi. vt in terminis voluit Pariſ conſi. 4. num. 18. attento maximè, quòd hoc eſt fæudum improprium & alteratum per dictionem quibuſcunq;: que facit etiam fœminas admitti per eam. vt ſcribit Goza. conſil. 7. nume 25. & attentis clauſulis quicquid voluerit faciendum: quæ licet ſint in executiuis, alterant fæudum & faciunt tranſibile ad fęminas. Goza. conſil. 7. num. 14. 8. nume. 24. 9. nume. 5 Signorol. conſi. 10. Gratus. conſil. 9. nume. 140. Pari. primo. volu. conſi. 21. nume. 35 & 41.

Non obſtat, quòd contrahentes expreſſerint de filijs maſculis ſororum: quia illa expreſſio non fuit facta per propria nomina, ſed fuit facta per nomen filijs: quod eſt nomen collectiuum, cum adiectione maſculis. Sicut etiam in donatione vſus eſt donator nomine collectiuo deſcendentium, cum expreſsione ſigni vniuerſalis quibuſcunque, deſignantis & ſignificantis etiam maſculos fœminarum: licet ſubordinatè vocentur poſt maſculos maſculorum. Si

rum. Si quidem non patet in fœudis locus fœmineæ proli, donec maſculus ſupereſt. Vnde ſublatis deſcendentibus per mares, pariformiter ſunt vocati maſculi deſcendentes filiarum cum ſigno expreſsiuo quibuſcunque, ſicut filij maſculi ſororum. Ex quibus etiam redditur falſum præſuppoſitum, quòd magis expreſsè ſint vocati filij ſororum, quàm deſcendentium: cum vtrobique per collectiuum vocentur. Item Reſpondetur, quòd illa ſpecialis & indefinita expreſsio atque exceptio maſculorum ex ſororibus, fuit cauſata ex regula præcedentis pacti excluſiui tranſuerſalium maſculorum: in qua compræhenduntur etiam maſculi fœminarum tranſuerſalium: quia voluit eos reducere ad regulam primi pacti, vniuerſaliter vocantis & admittentis deſcendentes omnes. vnde per ſpecialem illam conuentionem, nihil infertur ad aliud generale pactum remotum, illa expreſsio ſeu exceptio primæ exceptionis in ſecundo pacto: que reducit ad regulam primi pacti vocantis omnes deſcendentes, exceptis deſcendentibus agnatorum tranſuerſalium: ita tamen, quòd maſculi ſororum non cenſeantur excluſi à primo pacto, quòd omnes deſcendentes ſuccedant: ſed cum omnibus deſcendentibus maſculis poſsint vigore donationis, quibuſcunque maſculis factæ, & pacti quòd omnes ſuccedant, ſuccedere ex contractu vel vltima voluntate. Secundò facit, quia quando expreſsio maſculorum facta eſt in vna parte, que corrumpit naturam fœudi, tunc non licet ſumere argumentum à natura dicti fœudi corrupta: tanquam à propria natura: quia qui in vno vitiatur fit omnium reus: Et modicum fermenti totam maſſam corrumpit.

Tertiò Reſpondetur, quòd per pactum expreſsè actum eſt, & contrahentes expreſsè dixerunt, quòd omnes deſcendentes ex liberis Georgij ſuccedant: Ergo etiam expreſſerunt de maſculis fœminarum: quia qui omnes dicit, nullos excludit. Quartò retorquetur argumentum: nam ſi nominatim actum eſt, quòd agnati tranſuerſales non ſuccedant, nec aſpirare poſsint: ſi pariter ipſi voluiſſent filios filiarum excludi, id vtique facile expreſsiſſent. Cum igitur hoc factum non fuerit, ſequitur, quòd voluerunt eos vocare: argum. text. cap. primi. in fin. de duob. frat. à cap. inueſt. Poſtremò Reſpondeo, quòd dicta regula. l. vnicæ. de caduc. tollend. procedit, quando non eſt pœnitus expreſſum, ſed eſt pœnitus omiſſum: & quando id quod eſt omiſſum, non compræhenditur ſub generalitate ſermonis, vel in conſequentiam, vel neceſſarium antecedens præmiſſorum: & quando ſumus in materia ſtricta, odioſa, correctoria, & exorbitanti: vbi non eſt licita extenſio: & ideo ea regula reprobatur à Barto. in. l. talis ſcriptura in princi. ff. de leg. primo. tanquam brocardica & ſpecialis: ſed quando ſumus in materia fauorabili, admiſsionis liberorum, ad ſucceſsionem parentum, & bonæ fidei, vt in fœudali materia, tunc quod omittitur ab homine, ſuppletur à iure: & habetur pro expreſſo. text. eſt in. dict. l. cum auus. ff. de condi. & demonſt. & in tit. de duob. frat. à cap. inueſt. Vnde vbi habemus caſum interpretationis legalis, ceſſat interpretatio coniecturalis. l. ancillæ vbi notatur. C. de furt. & verba clara, & à iure declarata, contrariam interpretationem non admittunt. Nam argumenta importantia verborum improprietatem, in fœudis non admittuntur. Cacialupus. in titul. de fœud. cognit.

Non obſtat dictum Iaſ. & aliorum, qui in dicto. §. nunc de lege velleia, videntur tenere contrarium: quia Bald. & alij poſt eum loquuntur de emphiteuſi conceſſa pro ſe & deſcendentibus virilis ſexus, ſeu per virilem ſexum: quia tunc in dubio, prima conſtitutio fœudi, de maſculis tantum intelligeretur: ſed hic non exigitur deſcendentia per maſculinum ſexum: ſed quòd deſcendens ſit maſculus quocunque modo deſcendat, ſeu ex maſculis, ſeu ex fœminis. & id operatur dictio quibuſcunque. Faciunt etiam adducta per Soci. Rui. Do. Claud. Seiſſellum in dicto. §. nunc de lege, & quæ ſcripſi ſupra not. 25. & 28.

Secundò reſpondeo, quòd loquuntur Doctores prædicti in fœudo proprio ex prouidentia legis: ſed hic ſumus in fœudo alterato natura, origine & conuentione: vnde licet illa verba ſola, & ſine alijs coniecturis in fœudo proprio fortè non ſufficerent ad maſculos fœminarum vocandos, tamen alijs concurrentibus, non impediunt quominus ex alijs cauſis & coniecturis admittantur: quia illa verba licet ſola non habeant ſe neceſſariò ad poſitionem maſculorum ex fœminis, propter diuerſas opiniones doctorum, tamen non habent ſe ad eorum priuationem & excluſionem: ſed (vt camaleontes ſolent) conueniunt cum alijs coniecturis, & ex eis vt polipus colorem mutant. vnde adiectio termini vniuerſalis qui-

buſcunque, & ſigni vniuerſalis omnes deſcendentes, & detractio qualitatis maſculinæ in pacto, quòd omnes deſcendentes veniant, & taxatiua dictio tantummodo, que includit ſolos deſcendentes, & omnes alios èxcludit, & relatio ad diſpoſitionem iuris communis, que eſt expreſſa in referente, & perinde eſt, ac ſi dixiſſet tam maſculi quàm fœminæ, qui de iure communi vocantur, & declaratio, quòd etiam maſculi ſororum veniant & admittantur, & poteſtas faciendi quicquid voluerint de dicto fæudo, dummodo non iure allodij alienetur, ſed ſaluo iure fæudi, & quia prima natura erat fœminea, & interuentus pecuniæ & pretij, & quia fuit donatio fæudi, & non noua conſtitutio, & quia reſeruatio limitata ad altum dominium, & alia infinita concurrenitia, cum habilitate verborum generalium, cum ratione naturali, omnia perficiunt, vt ea verba quibuſcunque deſcendentibus, propriè accipiantur de omnibus maſculis legitimè procreatis, etiam per fœminas: & quòd ſint vocati maſculi etiam ex fœminis, & quòd ab eis fæudum non poſsit ſine maxima iniuria auferri, & quòd non debeat dubitari vlterius, an eis iuſtitia fieri debeat, & an vaſſallis iuſtitia debeat denegari contra, §. illud te non lateat, que fuit prima cau. benefic. amitt. ideo donatio maſculis fœminarum etiam facta intelligitur. Et ideo hoc caſu quoque idem Iaſ. contrarium tenuit conſilio. 9. inter conſilia. Brun. quem Socin. & Camp. ſequuntur: & iſtam opinionem confirmat Illuſtr. Senator Domi. Anto. Natta. 164. reſponſo. numero. 11. pag. 45. quam multis confirmat Rui. 1. volum. conſilio. 49. per totum. Faciunt, quæ latiſsimè idem Magnific. Domi. Anto. Natta. 159. reſponſo. à numero. 7. vſque 17. & hoc maximè procedit, quia qualitas maſculina non reſpicit fauorem agnationis, ſed ſexus: vt legitur in not. 18. pag. 13. Quo caſu omnes admittunt fæudi conceſsionem etiam ad filios maſculos fœminarum pertinere. vt Soci. in dicto. §. tunc de lege latiſsimè Molyneus in conſuet. Pariſ. §.

TERTIA QVÆSTIO EX DVBIIS RESVLTANS.

DOCVIMVS, quemadmodum conceſsio fæudi Montiſcuchi facta fuit Domi. Georgio & quibuſcunque ſuis deſcendentibus maſculis per contractum modalis donationis: & quòd non ſolum facta fuit deſcendentibus maſculis per maſculos, ſed etiam deſcendentibus maſculis per fœminas, quantum ad naturam contractus & verborum ac iuris interpretationem. Nunc ſubſequitur tertia quæſtio. An ex eo quòd Illuſtriſs. Marchio donauit dicta bona in fæudum nobile, gentile, & rectum, cenſeatur mutata natura ipſius fæudi fœminei in fæudum proprium & rectum: & an ab eius fæudi ſucceſsione fœminæ & earum liberi remoueantur.

E T prima facie videtur dicendum, quòd ſic: quia fæudum in dubio præſumitur rectum & proprium, niſi probetur alteratum: ſed in fæudo proprio, fœminæ & earum liberi remouentur. §. hoc autem notandum, qui fæud. dare poſſunt. Nam fœminæ & ex eis nepotes, ad fæudi ſucceſsionem aſpirare non poſſunt. capitulo. primo. de ſucceſs. ſra. ergo, &c.

Secundò, propter dictionem maſculis in multis locis poſitam & repetitam: que videtur vocare ſolum maſculos ex maſculis: & maſculos ex fœminis ex natura ſubiectæ materiæ excludere.

Tertiò, propter illa verba in fæudum nobile, gentile & rectum: Quæ videntur demonſtrare naturam ſeu formam fæudi maſculini, & non fœminei & alterati: cum ferè omnes arbitrentur fæudum rectum & fæudum proprium idem eſſe; & ideo ad fœminas non debere tranſire.

Quartò, ex quo dictum fuit expreſsè, quòd agnati tranſuerſales cuiuſcunque gradus ſint, non poſsint aſpirare ad dictum fæudum, innuitur, quòd hoc fæudum erat eius naturæ & generis fæudi antiqui, gentilis & recti: in quo fœminea proles ab agnatis excluditur: & ſic quòd ſit fæudum proprium & maſculinum.

Sed præmiſsis non obſtantibus, prout in rei veritate non obſtant: conſiderandum eſt, quòd tres ſunt ſpecies fæudorum, quibus tres regulæ conueniunt: licet inter ſe contrariæ, aut diuerſæ videantur: principijs enim cognitis, multò facilius extrema intelligemus.

Primum eſt fæudum proprium quod (vt diximus) propriam habent naturam: eo quòd voluntate cõcedentis ſolum, ad eum cui conceditur pertinet: & ex prouiſione. l. Conradi ad ſobolem in ſtirpe paterna renatam tantum, per ſucceſsionem defertur: exemplo legis duodecim tabullarum. & l. velleiæ.

Et in hoc fæudo procedit regula fœminarum, & fœmineæ prolis penitus excluſiua & priuatiua. Et de hoc fæudo ex prouidentia legis mentionem facit Pariſ. 3. volum. conſilio. 65. numero. 31. & 34. quod purè & ſine pacto conceditur & hæreditarium præſumitur: vt per Molyn. in conſuet. Pariſi. §. 30. numero. 133. & pulchrè Siluanus inter eius. conſilia. conſilio. 30. & quod differt a ſecunda ſpecie. vt ibi, Molyneus ſentit.

Eſt ſecunda ſpecies fæudi (vt præloquuti ſumus) quæ fœminas quidem ex pacto & ho-

minis prouidentia admittit: ſed fæudi recti naturam & effectum non admittit, Quæ alterat tantiſper fæudi proprij naturam, vt concedat quidem fœminæ temporariam ſucceſsionem: ſed ea conditione, ſi deficiat linea maſculina, fœminæ locus pateat, donec maſculus ex ea renaſcatur. Et hoc alteratum eſt fæudum: ſed in eo rectum dicitur, quòd nato ex fœmina maſculo, rectam fæudi naturam reaſſumat: & maſculinum fiat, & non perſeuerat fœmineum. & in hoc militat ſecunda regula quod non patet locus fœminæ, donec maſculus ſupereſt: exemplum eſt in tit. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſc. & fœm. & hanc ſpeciem alterati fæudi eleganter & plenè deſcribit, & probat Ferrarius Montanus lib. 3. c. 8. pag. 151. in vſibus fæudorum. Cuius verba, quia elegantius exprimi non poſſunt, ideo ad verbum tranſcribo.

Porrò (inquit) beneficium, ad quod fœminæ patet acceſſus, non ſemper fœmineum dicitur, vt naturam recti perdat: ſed maſculinum manens, extraneam ſucceſsionem admittit: & eam temporariam: donec renato ex fœmina maſculo ad hæredem ſuum reuertatur. Conſequens igitur eſt, fæudum, quod pro maſculis & fœminis ſuſcipitur, naturam fæudi recti non mutare. Natura igitur huius recti fæudi eſt, vt non perpetuò, ſed ea conditione fœminas excludat, ſi maſculus ſupereſt: & vt maſculis deficientibus ſolum admittatur fœmina: de cuius fęudi natura loquitur Alex. conſ. 9. vol. 5. Cur in trac. Ego hoc generale eſſe in omni fæudorum genere arbitror: quòd non ſola precaria inueſtituræ conceſsione naturam ex prouiſione legis aſſumit, ſed ex pacto, aut alio contractu cum domino inito, obligationem ciuilem producit: vt eam ordine ſucceſsiuo etiam ad fœminas tranſmittat. Cum itaque hoc fæudum rectum dicatur, & fœminam ordine ſucceſsiuo ac fœmineam prolem admittat ex ipſa recti fæudi natura: non poteſt ex illo verbo rectum, ſumi argumentum fœmineæ prolis excluſiuum. vt ex Pari. primo. volu. conſi. 4. nume. 18. ſæpe admonuimus: Et hoc dicitur fæudum conuentionale, quod liberis pertinet: ita vt culpa parentis, aut factum, eis non poſsit nocere: vt in proprio. vt ille ſcribit, fol. 245. col. 4.

Secundò facit, quod ſcribit Tiraquel. in tit. de retractu lineari fol. 16. nu. 22. & Moly. in conſue. Pariſ. §. 23. nume. 53. Pariſ. primo. volu. conſil. 4. nu. 17. & ſequent. quòd fæudum rectum ex pacto & prouidentia, propter dictionem tranſit ad fœminas & fęmineam prolem: & dicitur fæudum generis communis: Nam omnia ferè iura fæudalia dicunt, & conſtituunt regulam, quòd ex pacto & virtute pacti fęminæ ſuccedunt. & in c. pri. in fin. de ſucceſ. fra. dicitur, quòd pactum conciliat ſucceſsionem fœminarum: ex quo alterat naturam fæudi, & ad eas tranſmittit ius obligationis. l. cum pactum. ff. de proba. l. tale pactum in fi. ff. de pact. vnde tale fæudum retinet naturam recti: quia non tranſit ad extraneos hæredes: ſed ſolum ad deſcendentes maſculos & fęminas: quas admittit: vt per eas, ad eorum maſculos fæudum tranſmittant: quod nõ eſt in fæudo hæreditario, aut non habente naturam recti fæudi: quia in eo fęminæ cum maſculis, & interdum etiam excluſiuè ad maſculos admittuntur. Plus etiam dicit Magnific. Senator Do. Marc. Anto. Natta reſponſo. 159. pag. 415. nu. 9. col. 2. quòd fæudum rectum improprium non reſtringitur: & ideo ex hac dictione rectum, non alteratur natura fæudi: ſed pacta & conuentiones faciunt, vt natura recti fæudi, recta vocet fęminas ad ſucceſsionem.

Tertiò facit, quia inueſtituræ Epiſcopi dicunt in rectum fæudum, & pro maſculis & fęminis, cũ poteſtate faciendi quicquid fieri debet de dicto fæudo: & ſic exprimitur prædicta natura, vt poſsit fæudatarius diſponere in liberos, etiam pro dotibus filiarum: quas dotare parentes debent: dummodo deſcendentium lineam non excedant. cum maritus in eo ſuccedat: ſed ad deſcendentes reuertatur: quia rectum eſt. vt in titu. an maritus ſuccedat vxo. in bene. Qui procedit in recto fæudo ex pacto & prouidentia, non autem in fæudo hæreditario: quia in eo ſuccederet maritus, vel ex teſtamento vel ex authentico præterea vnde vir & vxor. Et ita intelligi debere exiſtimo, que Tiraquellus ſcribit in tit. de retract. lineari fol. 9. nume. 4. iuris monarca.

Quartò facit, quod Curt. in tract. fæud. 8. quæſt. primæ. partis principalis definit rectum fæudum eſſe, quod ex pacto habet determinata ſeruitia: & quod ſine inueſtitura eſt acquiſitum: vt differat à proprio, de quo in tit. quib. mod fæud. conſt. poteſt. Et dicitur fæudum rectum, quod irreuocabile & perpetuum, & quod ſine culpa non poteſt auferri: vt ibi,

vt ibi, Cur. Alua. in prǫlu. fęu. & Pręp. in prǫludio fęud. 12. diui. nu. 53. Iaſ. in prǫlu. fęud. nume. 82. Zazi. in tract. fęud. col. 4. & pri. volu. conſi. 11. Ferrarius Montanus. & Baro. omnes ferè ideo appellant rectum, quòd in liberos maſculos pręlatiuè ex pacto & prouidentia concedentis, gradatim deferatur ordine ſucceſsiuo: ita vt in eo locus fœminæ non pateat, donec maſculus ſupereſt ex eo: qui primam inueſtituram accepit: & ex quo non poteſt in vocatorum præiudicium alienari, aut de eo teſtari extra deſcendentes. Nemo tamen ſani capitis dixerit, ideo rectum dici, quia nullo modo fœminam, aut fœmineam prolem admittat: Vnde ex verbo rectum, & ex verbo omnes deſcendentes ordine ſucceſsiuò veniant ſecundum iuris communis fœudalis ſucceſsionem, propriè intelliguntur: vt primò maſculi ex maſculis prælatiuè, non priuatiuè: & ſucceſsiuè maſculi quicunque, etiam ex fœminis: Tertiò omnes deſcendentes etiam fœminæ: & nouiſsimè maſculi ſororum in eo cenſentur vocati. Et hic eſt ordo ſucceſsiuus iuris communis, etiam fœudalis, & iuris ciuilis antiqui: non alterati per. l. maximum vitium: & ordo Prætorius bonorum poſſeſsionum à quo Prætore fœuda originem & conſuetudinem ſuccedendi ſumpſere: ſecundum antiquum ordinem bonorum poſſeſsionum: ex quo bonorum poſſeſsio vnde agnati, præferebatur bonorum poſſeſsioni, quæ dabatur cognatis. inſt. de bonorum poſſeſ. & niſi vocarentur ſucceſsiuè & ſubordinatè maſculina & fęminea proles, ſatis erat dicere, gradatim de patre in filium. Et hæc verba ordine ſucceſsiuo otioſa nihil operarentur. Ergo ea verba vocant fœmineam prolem, ne nihil agant. contra. l. ſi quando. ff. de leg. 2. vnde hoc fœudum, maſculos fęminarum vocat ſucceſsiuo ordine, poſt ordinem lineæ maſculinæ peremptum.

Quintò facit, quod dicit Bal. in. §. filia verò nu. 4. de ſucceſ fœud. quòd fœudum rectum, pro ſe & maſculis quibuſcunq; ſapit naturam antiqui fœudi, & non noui: ſed antiquum fœudum, ſeu antiqua inueſtitura exprimit rectum & fęmineum, ergo etiam noua: quia contractus non regulatur ſecundum naturam verborum, ſed ex originis effectu, & forma pactorum. Bal. in rub. C. de iure emphyteotico & in. l. 2. C. commodati. Deci. conſi. 38. nu. 3. & ex præmiſsis conſtat naturam recti fœudi fœminarum maſculos ſubordinatè vocare, atq; comprehendere iuxta antiquam naturam Epiſcopalis fœudi.

Reſtat tertia Regula fœudi, improprij: in quo dicitur, quòd vis pactorum & tenor inueſtituræ derogat omni fœudorum naturæ. c. pri. de duo fra. à cap. inueſt. vnde ſingulæ regulæ in ſua fœudorum ſpecie procedunt: nec licet vltra ſuam ſpeciem abuti: cùm ergo ſimus in ſecunda ſpecie fœudi improprij, & alterati, quod tamen naturam recti ſeruat, non eſt in eo locus primę regulæ. Veritas itaque, & diſtinctio fęudalis cognitionis tam acutis partis ſtudijs debilitata & obſcurata, niſi ſanctiſsimi Senatus religione atq; æquitate recreetur, profectò nil tam verum aut ſincerum eſſe poterit, quod tergiuerſantium ingenium labefactare non poſſit: & ſanè ſi a Reuerendiſs. Senatu repulſa fuerit, locum apud vos vbi conſiſtat, reperire non poterit. Quapropter aduerſæ aduocationis motiuis ſic occurrimus.

ET primò non obſtat primum fundamentum, quòd in dubio fęudum præſumatur proprium, quia non ſumus in dubio, an hoc ſit proprium fęudum, ſed in clara inueſtitura pactis & conuentionibus alterata, & in fęudo ex prouidentia hominis: & ideo iudicari debet iuxta id, quod probatur: non iuxta id, quod præſumitur: & expreſſum facit ceſſare coniecturam: Et ideo cum probauerimus pactum de ſucceſsione fœminarum, per inueſtituras factas ab Epiſcopo: cum pacto expreſſo admiſsionis earum, & donationem hanc eſſe continuatiuam dicti fęudi, cum pacto, quòd omnes deſcendentes ſecundum ius commune ſuccedant, debemus obtinere. c. pri §. fi. quid ſit inueſtitura. vbi poteſt probari tenor & mẽs per omnes probationes: ſicut inueſtitura per coniecturas: ſed hic ſunt non ſolum coniecturæ, ſed verę probationes tenoris & interpretationis iuris: & ex vicinis prędijs, & ex poſſeſsione triennali grangiarum contra conſuetudinem propriorum fęudorum: Ergo debent obtinere, tam ex inueſtitura, quam ex coniecturis coadiuuantibus inueſtituram.

Secundò non obſtat tex. in. §. hoc autem. Quia loquitur in fęudo proprio: Et quinimo nos ſumus in caſu exceptionis, non in caſu regulę. d. §. Quia tam in conceſsionibus antiquis quàm nouis, adſunt pacta: quę comprehendunt fœminas: ergo ille tex. à contrario ſenſu, ibi, niſi ex pacto admittit fœminas & eorum liberos: Idem in text de fœud. Marchiæ. in verbo, niſi pactum conciliet: quia pactum etiam tacitè conciliat ſucceſsionem fœminæ ex præſum-

pta vo

pta voluntate. cap. primo. de duo. fra. à cap. inueſt. in verbo, videtur proſpexiſſe: quod denotat interpretationem tacitam & à iure præſumptam, non pacti verbis expreſſam.

Non obſtat modò verbum maſculis, poſitum in donatione; quia verbum maſculis de proprietate ſermonis non excludit maſculum ex fœmina; cum omnes maſculi ex fœmina naſcantur: & non ſit dare in rerum natura maſculum ſine fœmina natum; & nomen maſculus eſt ſolius ſexus diſcretiuum, & propriè dicitur de maſculis, etiam ex fœmina, & eos comprahendit & includit: & nõ excludit hominem natum de muliere. Vnde cum hoc verbum neq; propriè ſumptum, neque impropriè excludat maſculos fœminarum; per coniecturas, & vanas interpretationes & violentos intellectus, verba pactorum non debent trahi ad id, quod neque directè neque indirectè ſignificant contra propriam ſignificationem Bart. in. l. in ambiguo. ff. de reb. dubijs. l. non aliter. ff. de leg. 3.

Secundò reſpondetur. Quòd donatio facta deſcendentibus quibuſcunque maſculis, qui naſcentur ex maſculis Georgij, ſignificat neceſſariò & compræhendit maſculos fœminarum. Nam quando in vna parte diſpoſitionis facta eſt mentio de maſculis fœminarum in caſu ſpeciali: conſtat, quòd ea qualitas non fuit adiecta fauore familiæ & agnationis, ſed ſexus: Ideo in alia parte intelligitur etiam de filijs fœminarum. Areti. Soci. Reuerendiſs. Archiepiſcopus Taurineñ. Do. Claud. Seiſellus & omnes Repetentes in terminis in. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſth. quia vna pars diſpoſitionis aliam declarat. l. qui filiabus. ff. de leg. primo. Barto. in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. de ad Trebel. vbi ſi in ſpeciali prouiſione loquitur de naturalibus in vna parte teſtamenti, etiam in alia liberorum appellatio intelligitur de naturalibus. Et hoc maximè procedit, quando qualitas maſculina non fuit appoſita gratia agnationis deſignandæ: ſed gratia ſexus: quia tunc omnes compræhendit. vt not.

Tertiò facit: quòd licet dictio maſculis ratione ſubiectæ materiæ reſtringatur ad habiles tantum, tamen non procedit, quando profertur ab homine cum ſigno vniuerſali quibuſcunque: Quia tunc non præſumuntur fuiſſe vocati maſculi fauore agnationis: quia verba deſcendentibus quibuſcunque maſculis, ſemel ab homine reſtricta & determinata per verbum maſculis per ipſos contrahentes, non debet iterum reſtringi: & in terminis quòd dictio quibuſcunq; prolata ab homine non reſtringatur ad habiles in inueſt. fæudali, tenet Pari. 1. vol. conſi. 71. nu. 54. Cur. conſi. pri. poſt tracta. fæu. col. 5. tex. in cap. pri. de fæu. non haben. prop. nat. fæu. vbi Bal. Præpo. Alua. Iſer. Affli. & omnes. Vnde Bal. pri. vol. conſi. 119. inquit, Tenor inueſtituræ non eſt reſtringendus: ſed latè intelligendus, vt verba ſonant. vt per Bru. conſi. 10. nu. 4. Nam dictio quibuſcunq; admittit maſculos ex fauorabili pacti tenore, quos excludebat conſuetudo fæudalis odioſo rigore. Dictio enim quibuſcunq; æquiparatur verbo, quibus dederit. Cur. conſi. pri. fæudali & Bal. in. l. pri. quæſt. 34. C. de rer. diuiſ. Et ideo talia verba non reſtringuntur ratione ſubiectæ materiæ, Iaſ. inter conſilia Bru. conſi. 9. nu. pri. Nam quando dominus concedit fæudum pro maſculis quibuſcunq;, conſentit etiam de maſculis fœminarum, vt ſentit Craueta. conſi. 84. nu. 11. & 92. nu. 6. Sed domino conſentiente, etiam fœmina admittitur: que fauore domini excluderetur. c. pri. quemad. fæu. ad fœm. perti. Ideo nos deſcendentes excludi non debemus propter eam dictionem maſculis: quos neq; id verbum, neq; inueſtituræ tenor, neq; feudorum rigor, neq; verbi proprietas à fæudo improprio & conuentionato vllo modo excludit. Nam dictio quibuſcunq; derogat naturæ fæudorum fœminarum excluſiuè. Iaſ. inter conſi. Bru. conſi. 9. nu. 7. Bal. in. c. pri. de feu. non haben. prop. nat. fæu. Concurrente igitur influxu antiquæ inueſtituræ Epiſcopalis, dictione quibuſcunq; pacto quòd omnes deſcendentes admitantur, ſucceſſiuè pacto declaratorio, quòd non abhorreat fæudum à maſculis fœminarum, id eſt, ſororum, conſuetudine locorum vicinorũ, poſſeſsione partis biennali & triennali auctore Prætore, prouiſione maſculis facta de alio fæudo Vergnani ad partem: attento etiam interuentu pretij, donatione remuneratoria, prohœmiali præfatione de poſteris loquente, pacto quòd omnes deſcendentes ex liberis ſuccedant, cum dictione quibuſcunq; maſculis, coniectura pietatis, & diſpoſitione l. cum auus, faciunt vt etiam fœminarum maſculis donatio facta intelligatur: & ſi minus clarè ſcriptum loquatur: dummodo ſint maſculi, & quomodocunque etiam per fœminas deſcendant. Vnde dictio maſculis eos de proprietate ſignificat: & de iuris neceſsitate includit: & repetita in conditione. prout & eos præfert domino ex natura recti fæudi, non denegantis eis ſucceſsionem.

Non

Non obſtat igitur verbum nobile, gentile, & rectum: quia talia verba in fæudo ex pacto & prouidentia, non excludunt fœmineam prolem: ſed remouent, id eſt, retardant. ideo cum miſterio tex. in. §. hoc autem notandum, qui feu. dare poſſunt dicit, quòd fœminæ & earum liberi remouentur, id eſt, retro maſculos mouentur: & non dicit excluduntur. Et dictio rectum importat maſculinitatem prælatiuam, & fœminarum ſubordinatiuam, & non excluſiuam: præſertim in fæudo improprio & alterato vt Pari. conſi. 4. vol. pri. per totum tradit: & tex. in. c. pri. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſc. & fœm. vbi dictio maſculis prælationem & ordinem ſubordinatè fœminarum ſucceſsionis ſignificat: non autem earum priuationem aut excluſionem.

Non obſtat, quòd in vltimo dubio dicitur: quòd excluſio agnatorum importat, quòd fæudum eſſet antiquum: quia etiam id infert verbum nobile. vt per Bald. in prælud. fæu. & Dec. conſi. 51. num. 2. Si igitur fæudum quod concedebatur Georgio tanquam antiquum, conceditur ipſi tanquam deſcendendenti & compræhenſis in primeua Inueſtitura Epiſcopi & tanquam competens agnatis eius tranſuerſalibus vigore dictæ inueſtituræ, Ergo etiam competit filiabus ipſius Georgij, eis deficientibus, ſeu per pactum remotis: & hoc vigore influxus & iuris quæſiti ex inueſtitura antiqua Epiſcopi: quod verbum nobile excitat. Vnde illa excluſio agnatorum operatur incluſionem cognatorum, & quoruncunq; deſcendentium maſculorum, iuxta ipſius fæudi antiquitatem. Ea propter hęc donatio legitur facta quibuſcunq; deſcendentibus, ex liberis maſculis Georgij, & quibuſcunq;, qui nunc ſuperſunt ex deſcendentibus D. Georgij & qui modo interueniunt & petunt fæudi inueſtituram: Ergo non debet eis denegari à ſucceſſore, quod donatum fuit ab anteceſſore. §. laici vero, qui ſucceſſ. fæud. dare tene. non obſtante illa maſculina qualitate quæ eis ineſt: & per quam vocantur, non autem excluduntur. & ex ijs reſoluta eſt. 1. queſt. quòd per pactum, vocati ſint omnes deſcendentes: & quòd non debeat ad maſculinnam lineam reſtringi, ſed generaliter intelligi vt per Crauę. conſi. 14. nu. 14. & ad eos fæudum rectum nobile & gentile deuolui.

QVARTA QVAESTIO.

RESTAT nunc quartæ & poſtremæ quæſtionis reſolutio. Fingamus quempiam pertinacius defendere, quòd verba donationis ſeu infæudationis, & ſi generalia ſint, tamen ad ſolos maſculos ex maſculis reſtringi debeant: & ea, de fœminarum maſculis intelligi non conueniat, nec vlla lege, aut ratione diuelli ab ea opinione valeat Ne & nos pari vtique pertinacia veritatem tueri videamur: quia ille in falſis hæret, hoc illi (citra veri præiudicium) concedam: Sed ab eodem rurſus exquiram, quid ſi illi maſculi, quibus facta donatio dicitur, ab humanis decedant, quis ad illorum ſucceſsionem vocabitur? An Dominus, an ſucceſsiue reliqui deſcendentes? Et non dubito, quin reſpondeat dominum non reliquos deſcendentes vocari debere. Cum ex erroneis præſuppoſitis, ratio videatur nos ad latiſsimam errorum foueam perducere: Quandoquidem ita ratiocinari facile eſt.

ET Primò, ſi donatio & liberalitas ad ſolos liberos maſculos ex maſculis reſtricta eſt, eis ſublatis fæudum ad dominum redire debet, non ad fœminas & earum liberos: ad quos fæudi ſucceſsio non pertinet. §. hoc autem notandum qui fæud. dare poſſunt cum concord.

Secundò. Quia ſi donatio eſt facta ſolis maſculis, non eſt veriſsimile, quòd incontinenti voluerint contrahentes ſe corrigere: & fœmineam prolem vocare. l. non ad ea. ff. de condi. & demonſtrat.

Tertiò. Quia fœminarum liberi, velut ex infecta radice & excluſo fœminarum ſtipite procedunt: vnde medium inhabile videtur interrumpere debere ſucceſsionis continuationem. l. cum delanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtruct.

Quartò. Quia D. Georgius in ſuo teſtamento ſubſtituit agnatos, & excluſit fœmineam prolem: vnde dato, quòd fæudum eſſet fœmineum, ad ipſos pertinere non videtur: aut melioramenta per eum facta: tanquam excluſi videantur à teſtatore & primo acquiſitore.

Quintò.

Quintò. Quia verba illa ſecundum iuris communis diſpoſitionem: debent intelligi de iure communi Longobardorum ſeu conſuetudinum fæudalium: quas plerique ex eo iure proceſsiſſe affirmant: pro quibus videtur text. in cap. primo. de fæud. cognitione. & non de iure ciuili Romanorum: attento quòd ſumus in materia fæudali: in qua potentior eſt conſuetudinis, quam ſcripti iuris auctoritas. vt ibi legitur.

Sextò. Non videtur obſtare, quòd donatio ſeu conceſsio legatur facta quibuſcunque deſcendentibus maſculis, qui deſcendent ſeu procreabuntur ex deſcendentibus maſculis Domini Georgij: quia illa verba debent reſtringi & intelligi ſolum de quibuſcunque maſculis, qui per virilem ſexum deſcendunt: non autem de deſcendentibus per fœminas: quia fœminæ & earum liberi à fæudi ſucceſsione remouentur: & fæudalis conceſsionis verba debent impropriari, & reduci ad propriam naturam fæudi.

SED præmiſsis non obſtantibus: quæ nec in facto, nec in iure procedunt: in caſu propoſito, vt ex tenore Inueſtituræ conſtat, Contrarium verius eſt: videlicet, quòd ſublatis maſculis, deſcendentibus ex liberis maſculis Domini Georgij pacto expreſſo & ex verbis & mente pacti expreſsi, ſucceſsiue vocati ſunt: & intelliguntur omnes maſculi deſcendentes ex Georgio & liberis eius maſculis per earum filias ordine ſucceſsiuo. Quod pluribus confirmatur rationibus.

Primò per regulam fæudalem, que habet, quòd ſi fiat pactum expreſſum vel conceſsio cum pacto, quòd fœminæ & earum liberi ad fæudi ſucceſsionem admittantur, tunc alteratur fæudi natura: & fœminæ atq; earum liberi ſuccedunt. text. eſt in. d. §. hoc autem notandum qui fæud dare poſſunt. vbi dicitur, niſi ſpeciali pacto dictum & expreſſum ſit. Idem in. §. filia verò de ſucceſ. fæud. & in titu. de natura ſucceſsionis fæudi. ibi, niſi ex pacto: Sed cum hic per pactum expreſſum dictum ſit, quòd omnes deſcendentes ordine ſucceſsiuo, ex pacto & prouidentia ipſius Georgij, eidem defuncto ſuccedant ſecundum iuris diſpoſitionem, Conceſſo vtiq; (citra veri præiudicium) quòd etiam de iure communi fæudorum intelligatur, tamen quia à regula fœminarum ſucceſsionis excluſiua, iure fæudorum expreſſe excipitur: vt ex pacto fœminæ & earum liberi ſuccedant, & vt ordine ſucceſsiuo maſculis ſublatis, fœminarum liberi ſubordinatè eis ſuccedere debeant, ergo ſecundum ordinem iuris ſucceſsionis fæudalis in fæudo pactionibus alterato ſucceſsiuè poſt maſculos, quos & donatio, & fæudalia iura præponunt, ad quoſcunq; deſcendentes maſculos fœminarum defertur. & talis interpretatio capienda eſt, ex quo per illam minus diſceditur à iure communi: & nos ad ius antiquum reducit. Goza. conſi. 8. nume. 31. & 32. & quia ea intelligentia caret maximo vitio, vt ſcribit Pariſ. conſi. 111. volu. primo. nume. 7. & 10. Et quia nos reducit ad ius gentium primæuum, de quo habetur nume. 27. & cap. fi. vbi diuino iuſſu fœminæ ſublatis maſculis vocatæ ad tribuum ſucceſsionem leguntur: Et ideo talis interpretatio, quæ nos reducit ad ius primæuum, admittenda eſt. vt per eundem Pariſ. 2. volu. conſi. 16. nume. 107. Et maximè, quia ea interpretatio liberos omnes ad ſucceſsionem parentum vocat: iuxta diſpoſitionem iuris communis: quòd intelligi debet iuris ciuilis vt per Soci. Iuni. 2. vol. conſi. 151. Deci. conſi. 685. nu. 4. & interpretationem contrariam vti vitioſam. l. maximum vitium abhorret. Et Aug. damnat eum qui velit filios per interpretationẽ priuare, & eccleſiam, ſeu fiſcum Domini Noſtri vocare: adeo vt contra fiſcũ: & ad eius excluſionem interpretatio fieri debeat vt per Rui. pri. vol. conſ. 89. nu. 10. & contra concedentem fæudum: vt voluit idẽ Rui. conſ. 105. nu. 9. & præſertim in fæudi donatione. vt per Soc. Iuni. 2. vol. conſi. 108. nu. 9. c. per tuas & c. ſequenti extra. de don. & præferenda eſt interpretatio, per quam excluditur odium rigoroſe excluſionis: & vitium rapide pretij, & melioramentorum retentionis. vt per Rui. conſi. 150. vol. 2. num. 9. Bru. conſi. 105. Ex quibus neceſſe eſt intelligere verba pacti generaliter, prout ſonant: quòd omnes deſcendentes recta via veniant ad ſucceſsionem fæudi Montiſcuchi in infinitum & ſucceſsiue poſt maſculos maſculorum: qui ex donatione prælatiuè non priuatiuè vocati ſunt. eò quòd pactum omnes deſcendentes generaliter admittat & vocet: cum hoc ſit proprium munus pacti, efficere fæudum ad omnes tranſmiſsibile, & rem alienabilem facere. cap. primo. de contro. inter domi. & empto. fæud. cap. primo. quid ſi poſt alienationem vaſal. fæud. recuperauerit.

Secundò, principaliter omnes deſcendentes indiſtinctè vigore pacti vocati ſunt ad ſucceſsionem

ceſsionem ordine ſucceſsiuo poſt maſculos maſculorum: quemadmodum ex ipſa pacti natura, & agnominatione colligitur: à qua Cicero & Ariſtoteles in Topicis, Vlpianus in. l. ſecunda. §. appellata. ff. ſi cert. pet. validum vrgent argumentum. Nam pacta, à pango, pangis, vetere agricolarum verbo, deducta ſunt: quòd inſitionem quandam, & iunctam, ſeu appendicem extraneæ conuentionis ſignificent. Nam ſicut venditio pura eſt, que rem ex parte venditoris, pretium certum ex emptoris parte ſimplici conuentione commutat, nullo extrinſecus addito: ſic ſi venditioni aliquid extraneum miſceatur, veluti, vbi equum tibi decem vendo, ea lege, vt illum diebus quindecim mihi ſerues, vel quid aliud facias, hec alimentorum promiſsio pangitur emptionis contractui: & eidem aliquid addit: vel interdum pactio adimit, veluti, ſi conueniat ne de euictione agi poſsit: ſed ſolum vt pretium reſtituatur re euicta. Ideo natura pacti ea eſt, vt aliquid contractui adiungat: alterando naturalia ei à iure ſtatuta: Et hoc ex hominis prouiſione, qui legem & formam contractibus ſeu pactis & conuentionibus dat. l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pactis. vnde natura pacti ſemper eſt, vt addat, vel minuat aliquid contractui, cui pangitur: & per hominis conuentionem alteret iuris prouiſionem. Et ideo ſemper debet intelligi pactum, vt aliquid operetur: & addat conuentioni & contractui cui adijcitur: & ne ocioſum ſit, atque contra ſui naturam inutile atque ſuperfluum: etiam ſi per illud corrigatur ius aut iuris diſpoſitio. vt tradit Rui. primo. vulu. conſi. 89. nu. 7. vt Soci. pulchrè conſil. 49. nume. 17. volu. 2. confirmat. maximè, quando interpretatio eſt comprehenſiua interpretati, ſicut genus ſpecierum. vt per Pari. volu. 3. conſil. 16. nume. 26. Cum ergo pactum generale comprehendat omnes ſpecies maſculorum diſcendentium, præſertim cum ſit ad diſpoſitionem iuris communis relatum, neceſſariò debemus intelligere pactum, etiam de deſcendentibus maſculis fœminarum loqui: vt ad ſucceſsionem per illud vocentur: Ex quo in verbis pacti deſcendentes omnes tanquam ſpecies generi, inſunt. Nam ſi interpretetur omnes deſcendentes ſuccedunt, id eſt, illi ſoli quibus eſt facta donatio, pactum huiuſmodi non ſolum eſſet ridiculum, & inutile contra ſui naturam, ſed captioſum: quod admitti non debet. c. eſtote miſericordes de præſump. Soci. Iuni. 2. volu. conſilio. 65. nume. 12. Et eo amplius, hoc pactum eſſet de iure impoſsibile: quia impoſsibile eſt de iure, vt ille, qui titulo donationis conſecutus eſt rem, ſibi in eadem re ſuccedat: & illam iure ſucceſsionis habeat. l. non vt ex pluribus. ff. de reg. iur. Vnde ea interpretatio, tanquam reddens pactum ſuperfluum contra ius & contra naturam pacti, & tanquam captioſa & de iure impoſsibilis & abſurda, & reddens verba ſine vllo operationis effectu, explodenda eſt. vt per Pari. primo. volu. conſi. 20. nume. 23. & 1. volu. conſi. 50. Deci. conſil. 232. nume. 8. Vnde neceſſariò eſt dicendum, quòd per huiuſmodi pactum addantur & vocentur ad ſucceſsionem etiam aliæ perſonæ, quàm ſint illæ, quibus eſt facta donatio: & conſequenter poſt donatarios, vt ſuccedant primò maſculi fœminarum per donationem vocati: atque per ea verba ordine ſucceſsiuo ſubordinati, ac demum per pactum etiam fœminæ & earum liberi vocati cenſeantur, propter verbum ſecundum diſpoſitionem iuris communis maſculos & fœminas vocantis. & hoc per text. in cap. primo. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſculis, &c. vbi text. declarat hunc ordinem ſucceſsiuum in fæudis, vt deſcendentes maſculi virorum, maſculis fœminarum præferantur: & rurſus vt iſti fœminis anteponantur: non excluſiuè, ſed ſucceſsiuo ordine antepoſiti. Nam dictio gradatim, ſola ſufficeret ad ſubordinandos deſcendentes, ſi deſcendentes maſculi tantum per lineam maſculinam vocati intelligerentur: quia de gradu in gradum ſine alio ordine gradatim ſuccederent. Sed ordo ſucceſsiuus non gradus ſubordinat, ſed qualitates diuerſas ſucceſſorum, non per gradus, ſed per ſtirpes: vt declarat text. cum gloſ. in. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. vbi doctores latè, Rui. 2. volu. conſil. 167. nume. 17. & 159. & Alex. 2. volu. conſi. 188. Deci. conſi. 79. Bologni. conſil 17.

Tertiò facit, quia regula excluſiua fœminarum à ſucceſsione fæudi, procedit ſolum in fæudo proprio: quod ſimpliciter & per precariam conceſsionem ſecundum prouiſionem iuris conceditur: & quod nullis pactionibus alteratum eſt: ſed ex mera iuris prouiſione defertur: de quo fæudo proprio ſupra diximus. Exceptio autem, que vocat fœminas & earum liberos, locum habet in fæudo per donationem aut alium contractum cum pactis alterantibus acquiſito & collato: quod ex pacto atque hominis prouiſione naturam induit. & fæu-

dum alteratum ſeu improprium fæudum eſt: quod mixtum fæudum dicitur per Soci. Iuni. 2. vol. 90. 112. nu. 10. quia retinet aliquid de natura proprij & aliquid de natura improprij. vt idem Soci. 3. volu. conſil. 42. nume. 8. & ideo in eo ceſſat iuris fæudalis prouiſio. Vnde verba pactorum generalia iuri derogant in tali fæudo: & generaliter intelligenda ſunt: Nec in hac prouiſione hominis fit reſtrictio ad habilitatem iuris fæudalis. cap. primo. vbi Bal. de fæu. non haben. prop. nat. fæu. Itaq; in tali fæudo conceſſio ſeu donatio, cum pacto generali & indefinito, quòd omnes deſcendentes ſuccedant, & veniant ad fæudi ſucceſſionem, non reſtringitur ad caſus antea expreſſos: ſed generaliter & amplificatiuè intelligenda eſt: ex quo non ſumus in fæudo proprio, ſed in fæudo alterato & conuentionato. ita eſt tex. in terminis, quem ad hoc ibi notant Bald. Præp. ller. & Alua. in tit. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſc. & fœmi. & de fæu. non haben. propr. natur. fęud. vbi Bal. nominatim notat, quòd pactum generale & amplificatiuum impropriat naturam fęudi, & ad eam ratione ſubiectę materię non reſtringitur: & ita in terminis voluit Rui. 3. volu. conſi. 73. nume. 17. vnde generaliter debent verba pacti operari: vt idem Rui. 4. vol. conſi. 127. nu. 10. & 1. vol. conſi. 150. nu. 13. Igitur cum verba pacti clara ſint, & generaliter prolata, non debent cauillari & reſtringi. l. 3. C. de lib. pręt. Multa congerit in eam ſententiam Deci. conſi. 653. nu. 5. Non eſt itaq; locus interpretationi, vbi verba ſunt clara. vt per Soci. Iunio. conſil. 13. nu. 3. ſed generaliter ſunt intelligenda: prout ſonant.

Quarto probatur ex eo, quòd Proceres & Conſiliarij, de quorum conſilio facta legitur donatio, in capitulis in quibus voluerunt pacta & donationem ad ſolos maſculos limitare, id expreſſerunt: & bene ſciuerunt exprimere & declarare, quando voluerunt reſtringere: vbi vero per pactum generale ampliare voluerunt ſucceſſionem fęudi ad omnes deſcendentes ſine aliqua limitatione & expreſſione, tunc ſciuerunt vtiq; indiſtinctè loqui: & per ſigna & verba vniuerſalia declarare, quòd eorum intentio fuit ampliare pactum ad omnes & non reſtringere pactum ad maſculos ſecundum diſpoſitionem iuris fęudalis reſtrictam: ſed illud ampliare ad omnes deſcendentes ſecundum diſpoſitionem iuris communis ampliantem. Nam quando in vno capitulo fit prouiſio ſolis maſculis, in alio verò capitulo omittitur ea reſtrictio ſeu modificatio, diſpoſitio prima intelligitur cum qualitate illa maſculina: ſequens verò ſimpliciter facta, pro ſcienter omiſſa habetur. arg. eorum, quę tradit Magnific. Senator D. M. Anto. Natta. reſpon. 110. nu. 2. Et ſi dicamus, quòd vnum capitulum debet intelligi & declarari per aliud, & ab eo declarationem accipere: Reſpondeo, quòd ex quo in vno capitulo clarè expreſſit, quòd voluit poſſe diſponere & teſtari in filios maſculos ſuarum ſororum, & ſic in filios fœminarum, ſic etiam ea dictio maſculos in alijs capitulis debet intelligi & declarari per capitulum clarum: non clara obſcurari ex obſcuro capitulo. l. qui filiabus & l. ſi ſeruus plurium. ff. de leg. primo. pulchrè Pari. conſi. 45. nu. 24. & conſi. 30. nu. 124. pri. vol. & in terminis terminantibus etiam ſine alia declaratione tenet Rui. 3. vol. conſi. 49. per totum: volens, quòd donatio facta quibuſcunq; maſculis complectatur etiam maſculos fœminarum. Vnde cum hoc pactum ſit ſimplex, ampliatiuum, generale & indiſtinctum, & non poſſit reſtringi ad ſolos maſculos agnatos: quia alia capitula etiam de maſculis cognatis expreſſè loquuntur, & declarant dictionem hanc maſculis non reſpicere agnationem, ſed ſexum: & ex quo per eam etiam filiæ, quæ ſunt agnatæ excluduntur, & filij ſororum qui ſunt cognati per eam vocantur & compræhenduntur, & quia agnati tranſuerſales nominatim excluduntur, & filij ſororum eis præferuntur, & quia verbum maſculis à principe profertur, & in pacto in quo vterq; loquitur, declaratur etiam fœminarum maſculos intelligi debere, non habita ratione agnationis, & leguntur ad fæudi ſucceſſionem admiſſi, nulla ratione poteſt dici, quòd pactum indiſtinctum ſucceſſionis debeat reſtringi, per dictionem illam maſculis à principe enuntiatam in donatione per modum tantum prelationis & non excluſionis: Cum verba pacti ampliatiua (vt prędiximus) reſtringi non debeant. c. primo. de fęud. non haben. prop. nat. fęud. vbi Bald. Alua. & omnes notant.

Quintò conſidero: quòd dictio maſculis fuit appoſita in contractu donationis qualificatę, & ad ſolos maſculos reſtrictę: que pendet ex voluntate donantis: pacta vero fiunt ex vtriuſq; partis conuentione: & in eis requiritur vtriuſq; conſenſus. Sed nunc velle reſtringere pacta, quæ ex vtriuſq; conuentione facta ſunt, per voluntatem tacitam alterius partis ſeu

eius

eius aduocati tantum extortam ex verbo reſtricto per calumnioſam interpretationem, & ſic velle tacitè facere illud, quòd Illuſtriſ. Marchio non fecit, & quòd facere non potuiſſet, ſi ipſe viueret: Et velle declarare & reſtringere pactum generale & indiſtinctum ad ſolos maſculos, & recedere à parte compræhendente fœminas, ſanè ſine conſenſu Domi. Georgij & ſuorum deſcendentium id facere non poſſet. l. ab emptione. ff. de pactis. niſi reſtituto pretio inter eos conueniſſet, vt ab emptione ſeu contractu & pacto diſcederetur. Vnde ex ea dictione maſculis non poteſt ſumi argumentum: maximè, cum ea fuerit poſita in clauſulis executiuis donationis, & non in pacto fæudalis ſucceſsionis: & cum non poſsit plus iuris habere in cauillando pacto ſucceſſor, quàm habuiſſet primus conceſſor.

Sextò conſiderare debent iudicantes, quòd donatio & pactum de ſuccedendo, ſunt duo diuerſa, & in duobus capitulis poſita: & quòd ſolum vnita ſunt in conuentionis genere: quia illi inſunt vt ſpecies generi: qualitas autem ſpecificæ differentiæ, que in vna ſpecie exprimitur, non poteſt trahi ad aliud capitulum ſeparatum, & quòd alteram ſpeciem contractus ſeparatam continet: vt cum dicimus, ceruus eſt animal cornutum: homo eſt animal riſibile: licet enim vtrunq; ſit animal, tamen vtrunq; riſibile, aut cornutum non eſt: Sic dicimus, donatio facta deſcendentibus maſculis vna eſt ſpecies conuentionis, cum aut conuenit pacto, quòd deſcendentes omnes ſuccedant in rebus donatis, hec alia ſpecies diuerſa eſt, ergo hoc pactum debet diuerſimodè & in diuerſis perſonarum qualitatibus intelligi & non vniri, & confundi cum ſpecie diuerſa & qualitate maſculina in diuerſo donationis contractu expreſſa: In pacto vero ſucceſsionis ſcienter, prouidè & conſultè omiſſa & in prohemiali præfatione continetur: vt ſupra not. ſcripſimus.

Septimò, vbi emergit dubium ex verbis conuentionis, eius interpretatio ex iuris ciuilis ratione & deciſione petenda eſt: ad cuius normam atq; æquitatem omnium actiones atque conuentiones moderamur: vt contrahentes ſecundum ius commune legitime contraxiſſe videantur. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. c. Obertus. §. ſtrenuus de feu. cognitione. declaratio enim fieri debet ſecundum ius commune, ad quod refertur oratio: vt notatur in authent. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. Sed deſcendentium maſculorum appellatio de iure communi clara eſt, adeoq; manifeſta, vt nulla poſsit tergiuerſatione aut interpretatione ad maſculorum maſculos reſtringi: obſtante ratione atq; ſanctione. tex. eſt in authen. de hære. ab inteſtato venien. ergo nullo modo poteſt reſtringi. Aut ſi obſcurior fortè ex ſubiectæ materiæ ratione, aut ex præcedenti oratione fiat, oratio ſequens ita interpretationem admittere debet, vt à iure antiquitus conſtituto non diſcedat. Triplex igitur iuris communis diſpoſitio eſt: altera vt deſcendentium appellatione tam maſculi quàm fœminæ intelligantur: altera vt maſculi æquè atq; fœminæ ad ſucceſsionem aſcendentium vocentur: Tertia eſt, quòd ſi vocentur tranſuerſales, intelligantur vocati ſub ea conditione, ſi ipſe qui alienos liberos ad ſui ſucceſsionem inuitat, deſcendentes liberos non habeat. Et ita interpretatur text. hanc pietatis coniecturam, vt non liceat etiam in fæudali materia ab eadem interpretatione diſcedere: cum lex præſumptione iuris & de iure præſumat hoc expreſſum fuiſſe. d. l. cum acutiſsimi & l. cum auiæ & in. c. pri. in fi. de duob. frat. à cap. inueſt. Si itaq; à lege, ab Imperatore, à iure communi, à iure fæudali, ab ipſa rei natura & naturali ratione, que nobis ineſt, & mutari nulla lege aut corrumpi poteſt, ducimur: vt interpretari debeamus, eum, qui liberos maſculos ſororum domino voluit præferre, ita demum id voluiſſe, ſi nullos ipſe eiuſmodi liberos maſculos haberet: quis tam durus legum tortor, & naturæ carnifex eſt, vt cogere velit eum, qui pacto conuenit, vt omnes eius deſcendentes ſecundum iuris communis ſanctionem ad ſui ſucceſsionem vocauit, intelligatur de iure Gothorum aut barbarorum ſenſiſſe? quo potentiores debiliorum bona dirripiunt? & quo maſculi fœminas opprimunt? & voluiſſe (omiſſa iuris ciuilis æquitate) liberos proprios excludere? non autem de iure ciuili Romanorum, quo omnes liberi indifferenter ad ſucceſsionem parentum admittuntur? Quare talis interpretatio flagris coërcenda eſt: cum non ſolum ſine lege ac ſine ratione aut æquitate ſit, ſed contra omnes leges. Nam iuris communis appellatio per antonomaſiam non de iure fæudorum, ſed de iure ciuili Romanorum intelligi debet. §. ſed ius quidem ciuile Inſt. de iure nat. gen. & ciuil. & ſi quis deſideret in ea re prudentum interpretationem, videat Deci. conſil. 685. nu. 4. qui pluribus facibus ſolem illuſtrat. Igitur ea interpretatio,

pretatio, que nos à iure ciuili deuellit, reprobanda eſt, & reijcienda: & que ad ius commune reducit, fauorabiliter accipienda: & ſecundum illam iudicandum eſt. vt per Grat. reſpon. 2. nume. 9. ſol. 5. & 11. nume. 19. volu. primo.

Octauò mouere nos debet, quod iure fæudali deciſum eſt in tit. de duob. frat. à cap. inueſt. vt deſcendentes benigna interpretatione patruo prælati intelligantur, ex acutiſsimi Papiniani coniectura in. l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. Imò & quòd fœminæ deſcendentes, maſculis tranſuerſalibus præferantur: licet inueſtituræ tenor fratrem præferre grammatica ratione videatur, propter dictionem pluralem illi: que vtroſq; fratres fœminis anteponere videbatur. vt in tit. de duob. frat. à cap. inueſt. Si igitur hoc eſt iure fæudali deciſum in caſu dubio, quare iuſtitiæ naſum, velut cereum, calumnioſa interpretatione torquere conamur in clara diſpoſitione? qua conuentum nominatim fuit, quòd omnes deſcendentes etiam fœminæ, ſecundum diſpoſitionem iuris communis vocatæ prius leguntur, quàm filij ſororum: Maſculi igitur filiarum eis præferendi ſunt, ordine ſcripturæ & charitatis eos præferente: Et licet filij ſororum vocati ſint ſub conditione deceſſus ſine liberis maſculis, ita vt ſemper maſculini ſexus ratio habita videatur, tamen non ex eo corrigere ſe incontinenti contrahentes videntur, & coarctare pactum ad liberos maſculos ex maſculis ſolum: ſed intelligendi ſunt per donationem & per pactum ſubordinaſſe, primò ſuos filios maſculos: deinde quoſcunq; maſculos, ex ſuis maſculis deſcendentes: tertiò omnes reliquos deſcendentes ex eis: & conſequenter etiam fœminas ex ſuis maſculis, ſecundum iuris communis diſpoſitionem admiſſas. Vnde conditio illa ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, intelligitur & reſtringitur ad maſculos primi gradus: quibus deficientibus, ceſſant omnes reliqui deſcendentes ex eis. Solum igitur omiſſus erat caſus, in quem Georgius decederet ſine maſculis: & filias proprias & ex eis deſcendentes reliquiſſet: Sed ille caſus ſuppletur Papiniani acumine: quia etiam eo caſu, ipſæ fœminæ & earum liberi vocarentur: maximè cum hoc fæudum pactionibus alteratum ſit. Concludo itaque, omnes deſcendentes, qui de iure communi ad parentum ſucceſsionem vocantur, vtique ad ſucceſsionem Domini Georgij vocari: & filios maſculos ſororum ita demum admitti, ſi ſine primi gradus maſculis deſcendentibus Georgius deceſſiſſet: vel ſi diſpoſitione inter viuos, ſeu teſtamentaria illos filiabus ſuis præferre voluiſſet.

Nonò facit, quia filij fœminarum ad ſucceſsionem fæudi admittuntur, quando pacto expreſſo vocantur. §. hoc autem notandum qui fæud. dare poſſunt. & nominatim vocati intelliguntur, qui certa demonſtratione, vel per relationem ad id quod nominatim exprimit, vocantur. l. prima. C. de diuer. reſcrip. Soci. Iuni. 2. volu. conſi. 128. nume. 7. & 129. nume. 12. eo. volumi. Cum igitur pactum vocet omnes deſcendentes expreſſos per iuris communis diſpoſitionem, & in ea exprimantur tam maſculi quàm fœminæ, vtique dicuntur iſti maſculi expreſsè pacto vocati: & ſic per diſpoſitionem dicti. §. hoc autem, tam maſculi quàm fœminæ vocati intelliguntur: ordine tamen ſucceſsiuo. & dictio illa iuris communis expreſsiua, non poteſt intelligi de iure fæudali, quod tacite ineſt: quia illa expreſsio eius, quod tacitè ineſt, ſuperflua foret: & nihil operaretur. vt ergo ſuo munere operis fungatur, debet interpretari & intelligi de iure communi Romanorum: quia ea interpretatio cooperabitur rationi naturali: alioqui & oratio tota inutilis, & pactum ſuperfluum redderetur: quod æqua interpretatione fieri non poteſt. Et ideo cum expreſsè dictum ſit de omnibus, vtiq; de maſculis fœminarum intelligitur. vt per Rui. 2. volu. conſi. 165. nume. 8. & Socin. Iuni. d. conſilio. 129. volu. 2. & expreſſum verbis generalibus dicatur, quod generalitas verborum compræhendit, & idem natura verbi deſideret. vt per Rui. 2. volu. conſi. 122. nu. 11. & 132. nu. 4. eo. volu. ſequitur, vt etiam deſcendentes ex fœmina vocati intelligantur.

Decimò facit, quia verba præfationum denotant intentionem: & influxum faciunt in diſpoſitionem per modum cauſæ finalis: vt ſcribit Pariſ. 2. volu. conſil. 28. nume. 116. Sed in donationis præfatione dicitur, vt poſteri Domini Georgij cum effectu remunerationem accipiant, perpetuo, &c. Hæc enim verba declarant, vt pactum quo expreſsè conuenit, quòd omnes deſcendentes ad ſucceſsionem veniant, intelligi debeat de omni poſteritate: penes quam Illuſtriſs. Marchio remanere intendebat perpetuæ liberalitatis effectum in infinitum: & ſi fœminę finirent liberalitatem, non eſſet perpetuus & infinitus effectus: Ideo talis interpretatio excluſiua, eſſet contra intentionem contrahentium, & rationem principalis

palis munificentiæ: Itaque hoc pactum debet eſſe perpetuum & cum infinito effectu: adeo vt quemadmodum cum effectu Illuſtriſsimi Marchiones & eius hæredes & ſucceſſores acceptam pecuniam perpetuò retinent, ita perpetuo apud omnes deſcendentes manere debeat remuneratoria liberalitas principum: omni captioſa interpretatione remota atque reiecta. Capienda igitur eſt interpretatio. vt per Soci. Iuni. conſi. 65. nu. 12. volu. 2. que ad ius commune nos reducit: vt idem Socin. eodem. volumine. conſilio. 75. numero. 7. & 133. ſcribit.

Vndecimò, quoties dubitatur de interpretatione alicuius conuentionis, fugienda eſt interpretatio, que inducit fraudem & delictum & rapinam alienorum melioramentorum, retentionem pretij, oppreſsionem vaſſallorum: quod faceret hec interpretatio: igitur explodenda eſt. vt per Bald. in. l. precibus. C. de impub. l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de noui oper. nuntia. Alexand. ſecundo volumine. conſilio. 74. & que redderet falſam orationem conuentionis & donationis: que facta legitur quibuſcunque maſculis, ex deſcendentibus maſculis Domini Georgij. Nam ſi nobis, qui ſumus deſcendentes mediati ex Georgio & eius deſcendentibus maſculis non eſſet facta donatio, vtique non eſſet vera oratio quod quibuſcunque maſculis ex maſculis Georgij donatio facta fuiſſet: minusq; verum eſſet pactum, quòd omnes deſcendentes Domini Georgij ſuccedant: ſi nos qui ex illo deſcendimus, non ſuccedamus: & ideo hec interpretatio ex patre diabolo eſt: que ducit nos ad mendacia falſæ promiſsionis: Ideo reijcienda: per ea quæ tradit Soci. in conſil. 38. numero. 14. volumi. 2. Grat. 2. volu. reſpon. 29. nume. 28. Item quia nos deducit ad abſurdum: vt minus dilecti prælati videantur: & vt liberi à ſucceſsione parentum priuentur: & quòd liceat rapere melioramenta aliena, & dotes filiarum, & contrauenire paci iuratæ, & honoratiſsimo atque vtiliſsimo fœderi, & laceſcere viros inſignes execrabili iniuria: præſertim ſuos & regios vaſſallos. Vnde talis interpretatio inexcuſabilem calumniam & deteſtandam perfidiam eorum, qui illam ſuadent, ſentit: per text. in titulo. de forma fidel. in fin. Gratus. ſecundo volumi. reſpon. 121. numero. 13. & 136. numero. 34. & 107. numero. 5. & Goza. conſilio. primo.

Quare certò ſcio Reuerendiſsimum Senatum eius interpretationis rationem non habiturum, ſed æquitatis: que liberos ad ſucceſsionem fæudi auiti admittit: licet ius fæudale refragari videatur. capit. primo. an marit. ſuccedat vxori in benefic. & dict. capit. primo. de duob. frat. à capit. inueſtit. & latè per Socin. Iuni. conſil. 120. nume. 9. & 130. primo. volu. vbi hanc æquitatem confirmat: facit text. in capit. primo. de nat. ſucceſs. fæudi. quo fœminæ vocantur ad fæudi ſucceſsionem, ſi fæudum ſit eius conditionis, vel fœmineum: quandoquidem hoc probatur eſſe eius conditionis per inueſtituras Reuerendiſsimi Epiſcopi.

Item probatur, quòd fœmineum ſit, & tranſibile ad fœminas, & quia emptum pretio: quo caſu ad fœminas tranſit, tanquam de patris pecunia emptum: & ex paterno allodio profectum. vt ſcribit Gozad. conſilio. 9. nume. 55. & conſilio. 56. nume. 18. & 47. numero. 10. Quæ omnia efficiunt, vt fæudum eius conditionis ſit, vt ad fœminam pertineat: vt in titul. quemadmodum fæud. ad fœmin. pertin. & ideo tale fæudum non poteſt auferri à fœmina niſi pretio reſtituto. capit. primo. in fin. qui fæud. dare poſſunt. capit. primo. de fæud. dami. valua. & in titul. de fæudo guardiæ: per locum à ſpeciali: nam ſi in fæudo guardiæ & gaſtaldiæ, quod conductioni æquiparatur, pretium non reſtituitur: ſicut nec penſio locationis reſtitueretur, que pro habitatione pręſtatur: ſic ab emptione fæudi non diſceditur, niſi reſtituto pretio & reſoluta emptione: aliàs etiam fœmina admittitur. vt per Rui. primo. volu. conſil. 24. maximè in Eccleſiaſticò. Cur. in tract. fæud. tertia. par. in princip. & volumi. primo. poſt tracta. & ſi allodio vel pecunia paterna ematur, fœmina admittitur. vt in titu. de eo qui ſibi & hæredibus maſculis: & in titu. de duob. frat. de nouo benefic. inueſtit. Deci. conſil. 590. & 169. Bru. conſi. 14. Et tutior eſt hec ſententia: quia omnino tenetur dominus fæudum ſcriptis hæredibus renouare: vt latè Deci. conſil. 131. Rui. conſil. 12. & 151. primo. volu. & ibi dicunt, quòd dominus non poteſt pro ſe retinere: & procedit etiam ſi iam alijs dominus conceſsit. vt Pariſ. primo. volumi. conſilio. 28. maximè cum etiam vicina fæuda fœminea ſint: & totius Marchiæ natura fœminea, & iam bis data proli fœmineæ: vt per Pariſ. conſil. 22. & 23. & Gozad. conſil. 7. 8. 9. & 10. Soci. in conſil. 75. 76. & 77.

Ex quibus apparet & naturam fæudi, & legem pacti, & conſtitutionem fæudalem omnes deſcendentes etiam ex fœmina, vocare ad ſucceſsionem: Quod non ſolum à Reuerendiſsimo Senatu Caſalenſi & Sanctiſsimis Principibus, ſed à Rhadamanto obtinere ſperaremus. Reliquum eſt, vt ad ea, quæ in contrarium adducta ſunt, formaliter reſpondeamus.

Non obſtat nunc prima dubitandi ratio, per quam dicitur, quòd donatio debeat ad maſculos virilis lineæ reſtringi iux. §. hoc autem notandum qui fæud dare poſſ. Quia reſpondemus, quòd regula eius. §. loquitur & procedit in fæudo proprio ex prouidentia. l. Conradi, delato: & non includente, aut vocante fœminas & earum prolem: ſed ſi legatur tota conſtitutionis fæudalis lex, apparet exceptio ad dictam regulam: que ad fæudi ſucceſſionem vocat fœminas, & earum liberos: quando fæudum acquiſitum eſt ex pacto & hominis prouidentia. Cum itaq; fæudum Montiſcuchi ſit fæudum media pecunia, cum pacto & prouidentia hominis acquiſitum: expreſſo pacto adiecto, quòd omnes deſcendentes in eo, ipſi Georgio ſecundum diſpoſitionem iuris communis in infinitum ſuccedant, ex quo eo iure fœminæ ſicut maſculi ſuccedunt, non debet clarum pactum cauillationibus aduocatorum obſcurari: vt inquit Craueta primo. volu. conſi. 45. nume. 2. & 2. volu. conſil. 239. Clara enim verba exceptionis, obſcuram interpretationem ex regula generali non admittunt: cum generi per ſpeciem derogetur: & viciata per exceptionem regula officium ſuum amittat l prima. ff. de reg. iur.

Secundò Reſpondeo, quòd diſpoſitio dicti. §. non fundatur in fundamento marmoreo rationis: ſed vt ait glo. in eo eſt pro ratione voluntas: vnde ea diſpoſitio eſt reſtringenda ad caſum puri & ſimplicis fæudi: & non poteſt ex eo ſumi argumentum pacti reſtrictiuum in fæudo conuento & pactis alterato. l. quod non ratione. ff. de legibus. In terminis Soci. Iuni. primo. volu. conſi. primo. nume. 15. qui tenet conſtitutionem fæudalem voluntariam extra caſum proprium non extendi: Ideo Bald. in cap. primo. de fæud. non habente naturam fæudi dicit, quòd pactum amplificatiuum non reſtringitur à conſuetudine fæudi: ſed pacta frangunt vim legis: quia prouiſio hominis tollit prouiſionem legis: l. et habet. §. primo vbi Bart. ff. de preca.

Tertiò reſpondetur, quòd ſi quis non credat gloſæ & prætendat, quòd. §. hoc autem, fundamentum rationis habeat, tamen quando ratio non exprimitur in lege, etiam ex identitate rationis coniecturatæ non eſt licita extenſio diſpoſitionis: vt per eam legem pactum reſtringatur: quia maior eſt vis pacti expreſsi, quàm tacitæ interpretationis: Et expreſſa verba pacti, quòd omnes ſuccedant, omnes vocant: qui propriè vel impropriè in deſcendentium numero ſunt, & qui deſcendentium appellatione compræhenduntur: vt per Crauetam. 2. volu. conſil. 209. numer. 6. vniuerſalis enim hec dictio omnes, quæcunque cogitata includit & nihil excludit. Idem Cra. 2 volu. conſi. 227. nume. 13. & 294. nume. 3.

Quartò Reſpondeo, quia conſtitutio fæudalis ſine certa & expreſſa ratione, fœminas & earum liberos ad ſucceſsionem fæudi non admittit: ſi itaque dicamus, quòd illa conſtitutio reſtringit donationem factam quibuſcunque deſcendentibus maſculis ad maſculos maſculorum deſcendentium Domini Georgij, impropriaretur dictio iſta quibuſcunque: vndè etiam ſi ratio eſſet expreſſa, nunquam reſtringere poſſet pactum impropriando illius verba. vt inquit Cra conſi. 227. nume. 22. multo minus hic ſine ratione debent pacti verba impropriari: Confirmo, quia ſi non poteſt reſtringi donatio ad maſculos ex maſculis tantum, quomodo dictio maſculis poſita in donatione, poterit reſtringere pactum ſequens generale & indiſtinctum ſine aliqua ratione & fundamento: Indeterminatum enim & obſcurum non poteſt clarum determinare & interpretari: ergo illa reſtrictio eſt imaginaria: & caret ſubſtantia rationis, & pendet ex chymera filia vanæ imaginationis. Quinimo pactum generale & clarum, quòd omnes deſcendentes in infinitum ſuccedant, declarat donationem, cui pactum ineſt, vocare poſt omnes deſcendentes maſculos Georgij reliquos qualitercunque ex eo deſcendentes, etiam naturales: quia regula fæudi vitiati & pactis alterati omnes admittit: non ſecundum diſpoſitionem conſtitutionum fæudalium, ſed ſecundum iuris communis vocationem: quia conſtitutiones fæudales exorbitantes non ampliantur ad ſpecies mixtas.

Quintò facit, quòd nulla poteſt allegari ratio diuerſitatis, quare Dominus Georgius

ſub qualitate ſexus maſculini potius voluerit admittere filios maſculos ſororum, de quibus expreſsè mentionem fecit ſub nomine collectiuo indefinito filiorum, quàm deſcendentes ex filiabus ſub nomine collectiuo deſcendentium, cum termino duplicis diſtributiui vniuerſalis quibuſcunque: & ſub termino omnes deſcendentes, cum ſigno hoc vniuerſali omnes, expreſſos. Cum igitur nulla ſit ratio diſtinguendi verbum omnes deſcendentes in eadem conceſsione indiſtinctè aſſumptum, non debet ſine ratione reſtringi: ſed indiſtinctè intelligi debet: iuxta expreſsionem à contrahentibus factam & declaratam. vt per d. Crauetam primo. volu. conſi. 20. nu. 4. & conſi. 45. nu. 2. eo. volu. cum vnum capitulum obſcurum illuſtretur à claro. l. ſi quis filiabus. ff. de leg. primo. & interpretatio obſcuratiua ſit iudaica: & ſimilis illi iuri de quo poſt Bald. loquitur Bru. conſi 8. nume. 22.

Sextò: ſi dicamus, quòd fauore agnationis fœminea proles excluſa fuerit, & maſculina qualitas propter illam rationem adiecta videatur (quod tamen eſſe non poteſt, propter tranſuerſales excluſos & filios maſculos ſororum vocatos) tamen quia nunc ceſſat ea ratio prælationis agnatorum, ex quo omnes maſculi deſcendentes perierunt, & viget generalis ratio remunerandæ totius poſteritatis, que per modum cauſæ finalis expreſſa in præfatione fuit, propterea ceſſante ea ratione aperitur maſculis fœminatum aditus ad viam donationis & remunerationis: cum donatio latiſsimè interpretanda ſit: & verba generalia eiuſdem requirant, vt eis quoque facta donatio cenſeatur. Et ideo non debet reſtringi ea liberalitas remuneratoria, etiam fauore dotium filiarum deſcendentium facta. vt eſt text. in capit. per tuas & cap. ſequenti extra. de donatio: latè Craue. pri. volu. conſi. 15. num. 9. Pacta enim debent ex bona fide interpretationem ſumere. vt Cra. primo. volumi. conſi. 70. nume. 21. quandoquidem bona fides atque æquitas non patitur, vt ita torqueantur verba pacti: vt iniquè liceat retinere rem & pretium & melioramenta: quia pactum ita tortum clamores horrendos tolleret: qui per totam Italiam exaudirentur & iniuſtitiam per vniuerſum orbem reſonarent.

Poſtremò etiam, quòd ceſſet ratio reſtrictionis, probatur: nam qualitas maſculina, aut fuit appoſita fauore ſexus, aut fauore agnationis, aut fauore Domini: fauore Domini non eſt appoſita, quia ei præferuntur omnes maſculi etiam ſororum: fauore agnationis non, quia excluduntur expreſsè agnati tranſuerſales: & ſi dicatur, eſt fauore deſcendentium maſculorum tantum appoſita: dico, quòd cum omnes agnati nunc deceſſerint, & diſpoſitum ſit in vno caſu, quòd etiam maſculi ſororum vocentur, & filiarum maſculi ſuperſint, qui ex filiabus, quæ agnatæ dicuntur, nati ſunt, fauore matrum agnatarum ex earum perſona deficientibus maſculis inuitantur: & mater intermedia non impedit tranſmiſsionem, nec medium inhabile iudicatur. Vnde cum vna pars inſtrumenti declaret aliam in caſu ſimilis rationis. d. l Gallus. §. & quid ſi tantum, maximè quia hoc eſt expreſſum verbis vniuerſalibus & proprijs: & lex pro magis expreſſo habet per d. l. cum acutiſsimi & tit. de duo. frat. à cap. inueſt. & ex iſtis ſumus in ſpe certiſsima & abſque trepidatione, exiſtimamus, nos qui ſumus agnatarum filij, & qui iure communi vocamur & diuino: vt leuitici. capitu. 27. & capit. fin. & verbis pacti expreſsi comprehendimur etiam à Reuerendiſsimo Senatu Iuſtitiam, & ab Illuſtriſsimis Principibus clementiam accepturos. Et quantum Domini Pogliani fauoribus hactenus valuerunt, tantundem eis excuſsis valeat noſtra ratio atque ſynceritas. Veritas enim ſicut theſaurus aliquando deliteſcit in imo Conſilij Reuerendiſsimi Senatus: quàm prudentia atque Iuſtitia eruet aliquando: eiuſque aliquandiu oppreſſæ fores (reiectis cauillosis ambagibus & factis violentis) aperientur.

Non obſtat modo ſecundum fundamentum, quòd donatio videatur ſolis maſculis facta: & ideo quòd videatur pactum de ſuccedendo pariter de eis intelligi, & ad eos reſtringi debere: ne contrahentes videantur incontinenti ſe corrigere: Quia reſpondetur primò, quod licet donatio eſſet facta ſolis maſculis, ex quo ſubiectum eſt pactum, quòd ad eorum ſucceſsionem veniant omnes deſcendentes, ſeu quòd eis mortuis omnes deſcendentes ſuccedant ipſi Georgio gradatim & ſucceſsiuè, hoc pactum nihil corrigit: aut mutat de donatione: contra verò ſi intelligamus, quòd ipſi qui fœudum habuerunt titulo donationis, vtique ſint illimet, qui idem fœudum habere debeant titulo ſucceſsionis, & quòd pactum ad eos ſolos reſtringatur, ex tali interpretatione bene ſequeretur correctio & mutatio contrahen-

tium voluntatis: vocando per viam ſucceſsionis eos, quibus fæudum pertinebat iure donationis. vnde reprobatur ſua ratione: & ſuo (vt aiunt) gladio confoditur illa auara reſtrictio: & liberalis ampliatio neceſſario admittenda eſt, vt omnes deſcendentes ad ſucceſsionem vocati cenſeantur: ne correctio & mutatio donationis in ſucceſsionem, facta incontinenti videatur.

Secundò Reſpondetur, quia ratio donationis prælatiuæ maſculorum, vt vocati ſint ordine ſucceſsiuo & gradatim, eſt cauſa maſculinæ qualitatis adiectæ in donatione: quia ſecundum prærogatiuam gradus voluit Illuſtriſsimus Marchio donationis commodum ambulare de gradu in gradum, & de ordine in ordinem ratione quadam generali ad omnes ordines propter effectum remunerationis: qui reſpicit totam poſteritatem: vnde licet per mortem omnium agnatorum fuerit extincta prima ratio prælationis agnatorum & eius ordinis, ſupereſt nunc ratio effectualis remunerationis perpetuæ, expreſſa in prohemio: que pactum confirmat: & per id generaliter vocat ad ſucceſsionem dicti Georgij omnem eius deſcendentium poſteritatem: vt perpetuò remunerationis beneficio fruatur: vnde cum in pacto ſucceſsionis ceſſet ea ratio, que prætulit qualitatem maſculinæ agnationis in donatione, & vigeat ratio perpetuæ remunerationis, ceſſare debet interpretatio reſtrictiua arguens de donatione ad pactum: que procedere poteſt ſolum vigore identitatis rationis. vt per Rui. 3. volu. conſi. 49. Soci. & alios in. d. §. nunc de lege velleia.

Tertiò reſpondetur & ſubtilius, ex ijs quæ dicit Magnific. Senator Domi. M. Antonius Natta. reſponſo. 154. numero primo. quòd quando qualitas maſculina in aliquibus capitulis contractus eſt poſita, & in alijs non eſt appoſita, vbi non eſt appoſita, non debet addi vel ſubintelligi: quia ibi partes voluerunt generaliter & indiſtinctè loqui: & ſi ipſæ partes non qualificarunt pactum nihil nos pangere aut qualificare debemus. Vndè ex his concludo, quòd omnes deſcendentes indiſtinctè ad ſucceſsionem vocati ſunt, ſubordinatè, per gradus prerogatiuam & ordinem ſucceſſorij edicti: ſcilicet, primò agnati, deinde cognati: primò maſculorum omnium ordo, deinde fœminarum: & ſucceſsiuè omnes reliqui deſcendentes etiam baſtardi vocati intelligantur: propter dictionem quibuſcunque: quatenus illi de iure communi admittuntur: quia generalitas pacti media pecunia contracti, obligat Principem & eius ſucceſſores ad obſeruantiam. l. iuriſgentium. ff. de pact. & licet Princeps legibus, quas ſuis ſubditis pro arbitrio figit atque refigit, ſit ſolutus: tamen ſolutus non eſt legibus fidei & naturalis rationis: quominus teneatur pacta ſeruare: nec excuſatio cauilloſa illum liberat ab eo, de quo loquitur text. in. l. fin. de forma fidelitatis: ad quod debent Conſiliarij Principis & omnes Iudices aduertere: qui iurant ſeruare fidelitatem domino, & conſulere honeſtum, vtile, facile, poſsibile: quia non eſt honeſtum rapere aliena, & pacta non ſeruare: non eſt vtile vaſſallos offendere & ſpoliare, ac pacis fœdera violare: non eſt facile retinere male parta: non eſt poſsibile de iure vim impune facere: quia iuramenti maiorum & fidei violatæ Deus vltor eſt: Quare placebit condonare noſtro iuſto dolori, qui euidenter hactenus oppreſsionem ſenſimus, ſi aſperioribus clamoribus iniuriæ antiquæ refricatæ dolorem pandamus. Non enim vſqueadeo dolemus acceptam iniuriam, quàm quòd ab eo, qui iuſtitiæ tutor eſſe deberet, cauilloſa interpretatione vexemur.

Quartò Reſpondetur, quòd ex quo pacta donationi inſunt, ea non dicuntur corrigere donationem, licet generalius declarent: ſed eam dicunt informare. l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pactis: Nam in his quæ vno contextu geruntur, vnum non corrigit aliud. vt ſcribit Pariſ. 3. volu. conſil. 78. nume. 16.

Quintò, quando capitula ſunt compatibilia & ſubordinata, vnum non dicitur corrigere aliud: nec præſumitur nouatio prioris per poſteriorem: ſed debet ita fieri ſubordinata interpretatio, vt vtrique locus eſſe poſsit, id eſt, vt maſculi agnati iure immediatè donationis præferantur: & prælatiuè non priuatiuè vocati intelligantur: & ſucceſsiuo ordine poſt eos, maſculi fœminarum: & ſubindè omnes reliqui deſcendentes cenſeantur vocati. ita Craue. primo. volu. conſil. 22. numero. 3. & ita reducimur ad ius fæudale in titul. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſculis & fœmin. quod etiam probat Soci. Iuni. par. 2. conſilio. 7. numero. 19. & conſilio. 58. & 168. numero. 65. & parum diſcedit à ciuili iure: vnde tanquam

quam fauorabilis interpretatio hec præferenda eſt. vt voluit Pariſ. primo. volumi. conſilio. 111. numero. 7.

Sextò, ſi velimus ita interpretari & reſtringere diſpoſitionem, vt non licuerit Domino Georgio & deſcendentibus ſuis diſponere in filios maſculos filiarum deſcendentium, corrigeretur donatio in verbo quibuſcunque: vt non quibuſcunque, ſed aliquibus tantum facta cenſeatur: & pariter pactum, quòd omnes deſcendentes ſuccedant: vt non omnes, ſed aliqui tantum: & facultas faciendi quicquid voluerint, Georgio & ſuis data (vt legitur numero. 22. & not. 17.) anichilaretur: & contractus fraudulentus iudicaretur: Vnde non admittitur ea interpretatio. capi. fin. de prohib. fæud. alie. per Lota. Pariſ. 4. volu. conſi. 46. numero. 23.

Non obſtat tertia ratio, quòd liberi fœminarum velut ex inhabili & infecta radice procedant: quia negatur in caſu propoſito, & fæudo hoc ligio & alterato, fœminas eſſe prorſus inhabiles, aut infectas: quamuis ſubordinentur maſculis: & maſculi eis præferantur: quia idem iudicatur de potentia, quod de habitu: & ideo ſua potentia ſuccedendi non impedit, ſed coadiuuat potentiam ſucceſsionis filiorum: vt videmus in titulo. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſculis: vbi potentia ſuccedendi materteræ, tranſmittit fæudum ad nepotem ex ſorore: & cum hoc fæudum ſit cum facultate teſtandi & habendi, tenendi, & quod voluerit faciendi, vt legitur. numero. 21. dicitur improprium. vt per Gozad. conſilio. 7. numero. 21. & in fæudo improprio fœminæ radix non eſt infecta, quantum ad ſucceſsionem fæudi improprij. vt ſcribit Pariſ. primo. volumi. conſil. 23. numero. 55. Grat. conſilio. 10. Maximè quando confertur per donationem. vt per Gozad. conſil. 7. nume. 16. vſque 23.

Secundò Reſpondeo, quòd ſumus in fæudo recto ex pacto & prouidentia: quod non defertur per viam gradariæ & continuatiuæ ſucceſsionis, ſicut hæreditas: ſed per ſaltum recta tranſit à primo acquiſitore ad vltimum ſucceſſorem: & ſemper qui habet tale fæudum rectum, habet delatum per ſaltum recta à primo ſtipulante & paciſcente, non ab vltimo defuncto: ſicut legatum dicitur recta tranſire in. l. à titio. ff. de furtis. Sic ex pacto principis ſine traditione, per pactum ſolum, legis autoritate dominium deuoluit ſucceſsiuè in omnes, ad quos pactum dirigitur: & ea ratione dicitur rectum: & hæreditario opponitur. Et ideo omiſſa matre deuoluitur hoc fæudum ad filios: vnde prudenter & prouidè atque conſultè dicitur in pacto, quòd ſublato Georgio, ad eius Domi. Georgij ſucceſsionem veniant omnes deſcendentes: & ſic ſemper ſucceditur Georgio ex pacto, non autem decedentibus nouiſsimis: & eadem ratione, fæudi ſucceſsio potuit peruenire ad filios ſororum matre omiſſa: licet ſorores non videantur vocatæ: & in hac ſucceſsione excluſio ſeu inhabilitas matris non impedit recti fæudi tranſmiſsionem. Hæc (licet alijs rationibus) pulchrè firmat Pariſ. conſil. 23. nume. 135. Nam iſti deſcendentes maſculi non veniunt ex perſona matris; ſed tanquam vocati ex perſona eorum propria. vt per Ruin. tertio. volumi. conſilio. 49.

Non obſtat modo quarta dubitandi ratio, ſcilicet, quòd Dominus Georgius in ſuo teſtamento ſubſtituerit extraneos agnatos: quia diſpoſitio teſtatoris in fæudis, in præiudicium liberorum non valet, aut manet. capit. primo. de ſucceſs. fæud. & §. donare qualiter olim fæud. poterat alienari. Secundò reſpondetur, quòd in generali ſubſtitutione non venit fæudum. §. in generali, ſi de fæud. defuncti controuer. fuerit. cum hoc ſit rectum fæudum ex pacto & prouidentia: quod non venit in reſtitutionem fideicommiſsi generalis: vt per Bartol. Dynum. & alios in. l. ſi patroni in princ. ff. ad Trebell. Tiraquellum in retractu fæud. fol. 9. & 10. numero. 7. Tertiò reſpondetur, quòd non venit in reſtitutione fideicommiſsi ius quæſitum ſpecialiter in dicto fæudo omnibus deſcendentibus, ex pacto & prouidentia primi acquirentis & donatione principis concedentis: quia non eſt ius hæreditarium teſtatoris, ſed hæredum ſanguinis, pacto quæſitum: vt per Deci. conſilio. 259. nume. 5.

Poſtremò quia D. Georgius grauando per fideicommiſſum liberos, intelligitur grauaſſe eorum hęredes ab inteſtato vel teſta. Et ideo poteſt per nos detrahi legitima & trebellianica: que eſt dimidia, in qua non potuit grauare deſcendentes. Inſuper quia in eodem teſtamento D. Georgius voluit filias debere dotari de bonis ſuorũ parentum: Nã illud prelegatũ, & dotes conſtitutæ ſuper fæudo & hypothecæ dotales, filiabus debentur: & ex teſtamẽto Georgij

iure

iure præceptionis & prælegati: & non veniunt in reſtitutione fideicommiſsi. Accedat, quod agnatis non competit ius ante reſtitutionem: & ideo nobis hæredibus debetur poſſeſsio: quam, vbi auctore Prætore ſemel nacti ſumus, auferri à nobis non licuit: niſi eo modo, quo poſt Bal. ſcribit Bru. conſi. 8. nu. 22. Maximè quia iudicatum obtinuimus: quod ratum eſſe debere conuenit: & quod per capitula pacis confirmatum extitit.

Non obſtat, modo ea interpretatio verborum ſecundum diſpoſitionem iuris communis, exponendo ea verba, id eſt, iuris fæudalis, quod ius fæudale eſt ius ſpeciale in rebus fæudalibus: & non eſt ius cõmune: & conſequenter fęudalis iuris intellectus in generali iuris cõmunis appellatione non venit. d. §. in generali. & quia ſi ſimpliciter contraheretur ſuper fæudo, intelligeretur contractus ſecundum ius fæudale. Vnde expreſsio iuris communis ſi illud ſolum exprimat, quod tacitè intelligitur, nihil operaretur ea expreſsio. Vnde non poteſt fieri interpretatio, quæ reddat ea verba ſine effectu operandi: Quinimò in fæudo donato, ſucceditur ſecundum ius commune Romanorum, non ſecundum ius fæudi. Vt igitur illa verba aliquid operentur, neceſſe eſt, vt propriè & ſecundum vſum commune loquendi intelligantur de iure ciuili Romanorum: per quod omnes admittuntur ad ſucceſsionem, ſublata ſexus differentia. l. maximum vitium. C. de libe. præte & hec interpretatio eſt amplectenda: quia amica literæ, conſona equitati, & caret omni vitio, fraude & calumnia. Et ita ea verba debere intelligi de iure ciuili & non de iure fæudali, voluit Deci. in terminis conſi. 685. nume. 4. Et cum ſint verba clara, non recipiunt interpretationem: & non poſſunt aut debent cauillari. vt inquit Deci. conſi. 653. & quia hic intellectus fauet dotibus, præferri debet: vt per Gratum conſi. 106. nu. 33. vol. 2. & quia conſeruat hæreditates parentum filijs Grat. 2. vol. conſi. 90. nu. 6. & 101. nu. 13. & per eum euitatur peccatum retinendi rem, pretium, dotes alienas, melioramenta, acceſsiones, occaſionem veniendi contra iuramenta, pacta, promiſsiones, contra ſententiam ab Imperatore obtentam, & ſimilem iuris interpretationem ab ipſis Marchionibus factam. Hæc ſunt quibus omnes deſcendentes Georgij ad eius ſucceſsionem, admitti debere ſe contendunt: cum excluſio fœminarum ſit reſtringenda. vt per Goza conſi. 8. nu. 27. & poſterorum remuneratio amplianda. vt conſi. 86. nu. 22. & conſi. 9. nu. 59. & 16. nu. 8. & conſil. 20. nu. 8. & 45. nu. 5. & cum fæudum ſit alteratum continens ſeruicia per fœminas explicabilia. vt per Goza. conſi. 8. nu. 23. quæ omnia faciunt, vt huius fæudi ſucceſsio reguletur ſecundum ius commune, & per reg. iuris ciuilis: quæ non differunt à iure fæudali: niſi in prælatione maſculorum: quam important verba ordine ſucceſsiuo. vt patet in tit. de duo. frat. à cap. inueſt. & pecuniæ interuentus ad ſe trahit ſucceſsionem fæudi. c. pri. de benefic. fra. maximè quando redimitur à domino, & pecunia ad eum peruenit. vt in c. pri. quemadmodum fæudum ad fœminam pertineat: vbi eſt text: quòd fæudum retractum à domino media pecunia, pertinet ad filiam, etiam ſine pacto: vnde etiam ibi deciditur caſus noſter. Nam ſicut fæudum factum de paterno allodio tranſit ad fœminam; quia id quòd datum eſt domino, eſt datum tranſmiſsibile: ſic in pecunia dicendum eſt: ex quo dominus accepit pecuniam tranſmiſsibilem ad quoſcunque hæredes, ita intelligere debemus eum dediſſe fæudum tranſmiſsibile: ne claudicet contractus. Et hec eſt ratio, quòd fæudum emptum de communi pecunia domino ſciente tranſmittitur ad fratrem. Idem in quęſito communi impenſa: quia ſicut Dominus accepit beneficium à re peruentura ad fratrem, ita intelligatur velle recompenſare fratrem: prout hic recompenſatur omnis poſteritas: ad quam peruentura erat pecunia.

Non obſtat modo, quòd donantis intentio videatur coarctanda & reſtringenda ad liberos maſculos: quia hoc eſt falſum: ex quo verba quibuſcunque deſcendentibus, ſalua ratione recti ſermonis, non poſſunt ad eos tantum adaptari: vt reſpondet æquiſsimus & Doctiſsimus Dominus Antonius Natta. reſponſo. 164. numero. 11. Secundò, quia donatio legitur facta primò Domino Georgio, ſecundò eius liberis maſculis ſimpliciter, tertiò quibuſcunque liberis liberorum maſculorum maſculis, quartò fuit adiectum pactum, quòd omnes deſcendentes ſuccedant: & ſic tot videntur donationes, quot perſonæ aut gradus: vel vna donatio qualificata ſub pactis, conuentionibus, modis & formis, vt ordine ſucceſsiuo, vt ſecundum dictos gradus donatarij veniant, & ſuccedant ſubordinatè iuxta dicta ſupra in prima quæſtione, & l. 2. & 3. C. de dona. que ſub modo. & illa verba

ordine

ordine ſucceſsiuo, quando vocantur gradatim omnes deſcendentes in infinitum, non debent excluſionem importare ſequentium: Sed primos grauanr de conſeruando & reſtituendo ſequentibus. vt pulchrè ſcribit Pariſ. 3. vol. conſi. 11. nu. 28. & ſequent. Quare ex his conſtat, per calumniam nobis fuiſſe excitatam hanc luctam cum fiſcalibus laruis, in nimium fauorem Dominorum de Griſellis: non ſine magno noſtro labore & fortunarum naufragio, & iniuriæ veteris refricatione: In qua re minus dolendum eſt de eiſdem de Griſellis, cum per ætatis rationem, & honoris proprij, & commodi cupiditatem facilè ingenium mutarint: vtilia honeſtis præferentes. Sed de eorum damnandis conſilijs magis atque magis nobis dolendum eſt: qui modici ſui queſtus gratia, non erubeſcunt per omnem iniuriam contra iurata fœdera, aliorum fortunas labefactare.

Reliquum eſt, vt Illuſt. Senatus ſtatera rationis atq; exacto ſuo iudicio expendat has atq; a'ias querelas: & amplectatur fideliſsimos vaſſallos eo iuſtitiæ fauore, quo conuenit: qui ſemper gratia dominorum, mallunt potiri fæudo, quàm iudicij rigore cum eis contendere: Ad quod tracti, & velut ex tarpeio deiecti, vt cum fortunarum parte etiā ſimiles dominos amittant: & cogantur infenſi fieri his, quorum obſequijs ſemper ſtuduerunt: & qui maiorum veſtigia imitari deſiderant: qui ſemper officioſi & fideles ac pacifici erga ſuos principes, & pacis ſectatores, bellorum oſores fuerunt. Secundò vt dotium etiam rationem habere velint. Infandum enim eſt, aſsiduis muliercularum querelis ob ademptas dotes principum aures infeſtari. & hanc obſcuram famam aduerſus Illu. domum, cum exiguo dominorum commodo excitari lux. l. aſsiduis. C. qui potiores. Nam fæudum extimatum etiam ſine domini conſenſu dari in dotem poteſt: vt pulchrè Moly. in tit. de cenſ. in conſue. Pari. gl. pri. §. 16. fo 225. nu. 19. & ſeq. vbi infinita adducit. Maximè ſi deſcendentibus comprahenſis in inueſt in dotem conceditur. Tertiò facit ratio fœderis cum Do. Griſellis icti non negligenda ab Illuſt. Senatu: ſiquidem ex præmiſsis cognoſcit Illuſt. Senatus quanta gratia cum eis & quanto fauore tranſactum ſit: licere enim eis impune non debet, pro accepto beneficio iniuriam renouaſſe. & omnium conſideratione habita, ita rem ab Illuſtr. Senatu moderari conuenit: vt conſueuere æquiſsimi iudices & optimi principes decernere. Nam licitum eſt inter comprætenſos in inueſtitura tranſigere, contrahere & diſponere inter ſe domino inconſulto, vt latè Tiraq. iuris ciuilis monarcha in tit. de retrac in prohe. fo 11. nu. 52. per iura infinita & conſilia & deciſiones innumeras etiam ſine conſenſu: vnde licuit nobis tranſigere. & conuenire: & quæ rite tranſacta ſunt, rata eſſe auctoritate Senatus debent: & cum duæ res in iudicijs maximæ dominari conſueuerint gratia ſcilicet, & potentia: quæ omnia perturbare videntur, & ea hactenus nobis obſtiterint, equiſsimum eſt, vt Reuerendiſ. Senatus auctoritate coërceantur: & vt iuſtitiæ atque æquitatis fores nobis pandantur.

Sublatis itaq; prædictis dubitandi occaſionibus, Concludo, conceſsionem fæudi Montiſcuchi factam eſſe per titulum donationis remuneratoriæ, ſecundum veterem naturam Epiſcopalis conſtitutionis fæudi: & factam Do. Georgio ac omnibus & quibuſcunq; ſuis deſcendentibus. & ſucceſſoribus, ordine ſucceſsiuo: ita quòd, primò deſcendentes ex eo maſculi per maſculos gradatim in infinitum ſuccedant ipſi Georgio, ex pacto & prouidentia: & eis deficientibus, quicunque maſculi ex eis procedent, vtiq; ad eius ſucceſsionem veniant: Qui eſt caſus noſter: ex quo non ſuperſunt maſculi, immediatè ex eo deſcendentes, Ideo ſucceſsio aperta eſt, quibuſcunq; maſculis ex eis deſcendentibus, id eſt, nobis ſupplicantibus: ex pacto ſpeciali vocatis, ordine ſucceſsiuo, ex natura originali fæudi, ex tenore donationis & conceſſionis de eo factæ, ex generali pacto ac ex diſpoſitione iuris communis: ad quod pactum eſt relatiuum. Vnde cum fæudum nobis tot rationibus debeatur, non poteſt denegari eius inueſtitura. Ideo non obſtantibus oppoſitionibus & illegitimis interpretationibus & contradictionibus agentium pro Camera, ſeu Do. Griſellis, Senatuſconſulto declarandum eſt, inueſtituram eſſe cōcedendam & poſſeſsionem reſtituendam: ſalua tamen facultate Præſidij & Caſtellani, ſi ſuſpicio belli ſit: Quod fieri requiſiuimus & requirimus, de tertia illa parte quondam. D. Bartolomei, cum fructibus perceptis: Attento maximè, quia hoc fæudum eſt rectum, & quod nobis debetur ex pacto & prouidentia maiorum & Do. Georgij: cui immediate ſucceditur: non tam iure teſtamentariæ diſpoſitionis, quàm iure fæudalis conceſsionis & conuentionis: nulla contraria eius diſpoſitione manente ſeu valente in fæudo.

Secundò:

Secundò: quia dictum fuit, quòd Domi. Georgius & ſui poſſent facere de dicto fæudo quicquid vellent, ſaluo iure fæudi: quòd ius fæudi eſt, vt recta deuoluatur ad ipſos ordine ſucceſsiuo, deficientibus maſculis per maſculos: cui non poteſt præiudicari, quominus ipſi maſculi deſcendentes, id iure fæudi teneant ab Illuſt. Dominis ſucceſſoribus: iure fæudi illud recognoſcendo, & culpam non committendo, fidelitatem ſeruando, prout fecerunt itaq; ab eis ſine culpa auferri non potuit aut poteſt, ſed omnis diſpoſitio in eorum & filiarum ſuarum commodum pro dotibus facta ſaluo dicto iure fæudi ratta habenda eſt & omnis contraria diſpoſitio aut conuentio reijcienda vnde potuit Do. Georgius diſponere quòd dictum fæudum ſit obnoxium pro dotibus, filiarum, potuit vtiq; & Do. Ioanninus diſponere ſubſtituendo filios maſculos filiarum prout fecerunt & pariter potuit Do. Bernardinus diſponere legando pro dotibus ſororum & Do. Octauianus dotando & dando fęudum & grangiam ad iuſtitias pro dote ineſtimata ea extinuatione que non faciat emptionem itaque tenuit quicquid datum filiabus fuit in præiudicium maſculorum propter clauſulam quicquid voluerint faciendum ſaluo iure fæudi deſcendentibus debiti & non domino, quæ feudum alienabile in deſcendentes facit qui iure fæudi vocantur. Et maximè attento pretio & melioramentorum valore que nullo iure retineri poſſent etiam ſi finita eſſet conceſsio ſed potius fieret iniuria niſi renouaretur & niſi fœmine & maſculi ex eis inueſtirentur iuxta morem regionis & obtenta in cauſa Illuſtriſs. Domine & Illuſtriſs. Ducis Mantue & vicinorum fæudorum & coërentium que de conſuetudine alienantur inter deſcendentes pro maſculis, & fœminis dotandis ſine licentia ſaluo iure inueſtituræ. & fæud.

Poſtremò etiam competit ius Domino Scarauello ex refutatione & conceſsione iurium facta que inter ipſos compræhenſos in inueſtitura fieri poteſt. Inconſulto Domino & ſine licentia vt ſunt iura notiſsima adducta per Tiraquellum de retractu. car. 11. nume. 52. maximè eo tempore quo Dominus non poſsidebat nec conſulli poterat. Vnde cum ex pluribus cauſis ei, debeatur hoc fæudum inueſtitura decernenda ei eſt, ne Dominus eam denegando aut differendo iuris diſcrimen incurrat & proprietatis iacturam faciat.

Non poteſt etiam denegari inueſtitura etiam pro dimidia Do. Ioannini aui debita ex tenore inueſtituræ, ex teſtamento Ioannini & tenore ſententiè àrbitramentalis, & que pars non potuit à Do. Gabriele alienari Attenta etiam dicta ſententia arbitramentali ratificata & teſtamento Domi. Ioannini Iubentis augeri dottes filiarum ſuper ea parte & hypotheca ſpeciali Georgij pro dotibus itaque Do. Griſelli non poſſunt contradicere quominus inueſtitura concedatur & de dotibus & allimentis dotalibus prouideatur etiam lite pendente iux. l. ſi Inſtituta. C. de inoffic. teſt. Deci. Guydo. Pap. Deciſ. 366. Afflic. Deciſ. attento quòd obtinuerunt iudicata miſsionis tam ab Illuſtr. Camera quàm ab Illuſtr. Curia quòd miſsi ſunt in poſ. & quòd dicta iudicata ſunt ratificata per capitula pacis & datus modus ſoſum reuiſionis & quòd rex iam ſcripſit & per miſsiuas commendauit: & iuxta decretum Marchionale: per quod Decernenda eſt nobis poſſeſsio & inueſtitura: etiam eius partis cum habeamus iura in promptu & iuratum conſenſu & ſacramenta puberum Griſellorum, Et nihil pertinens fuerit oppoſitum & condemnandi ſint D. Griſelli in omnibus expenſis & fructibus perceptis & qui percipi potuerunt & poſſunt vſque in diem realis reſtitutionis & obſeruantie ſententie arbitralis ac in omni intereſſe ratione periurij & violate fidei & pacis ſaluis iuribus. Si que prætendat vtraque pars in petitorio prout de iure ſperant obtinere.

Et Deus opti. max. det vobis iuſtum iudicium & iuxta perpetuam legem Domini iudicare de qua numeri capitulo vltimo. & ſequi quod Imperator decreuit in tota Marchia, quòd legem eſſe conſtat. Aqua non licet ſine præiudicio maiore à tali iudicio diſcedere & contrarium decernere, Itaq; placeat iudicij moram & calumnie vexationem ſententie equitatè moderari. Ad Dei opti. maxi. laudem & ſtatus peremnitatem.

FINIS.